LICA

Nº 184
Sala reservada
Incunable

Ire
184

T. 879174
C. 1000209535

S. R. Tit. 2 Cap. 5

Epistolae plinij

BIBLIOTECA PUBLICA
DE
TOLEDO

Iunianus Maius parthenopeus Hieronymo Carrafiæ meo
Salutẽ. C. Pli. ſecundũ ſupioris nepotẽ iam pridẽ emẽdatio
rem efficere cupiebã:demum ut id conficerem impuliſti. Ni
hil eſt enim quod pro tua in me ſingulari beniuolentia in
hac re preſertim honeſtiſſima:quod non auidiſſime exeque
rer. Cui præter tuæ familiæ genus inclytum :etiam littera-
rum ſtudia:quod certiſſimum humanæ uitæ præſidiũ ſem-
per duxiſti:magnam faciunt acceſſionem. Neq; in tanta li
brorum copia quam ex germanorum ſolerti nuper inuen
to:noſtra tulit ætas:hic erat ſupprimendus. Dedi tñ ope-
ram ut incorrupti codices imprimerentur: nequid incurio
ſa poſteritas:tanti operis fraudaret autorem. Eſt opus pro
fecto ſupraq̃ epiſtolarum ratio capit uarium & abſolutum
ut nunc hyſtoriæ partes aſſequatur:aut in deſcribendis lo-
cis:aut narrandis geſtis quorundam:aut rebus depingẽdis
ubi plurimum ſibi gratiæ uendicauit: Nunc ſe in oratoriã
ſublimitatem extollit:ut quantus in ſuis actionibus appa-
ruerit:liceat coniectari. Vbiq; ſanctiſſimis præceptionibus
grauiſſimiſq; ſententiis diſperſus:ut nullam humanæ uitæ
partem q̃optime non inſtituerit. Et q̃tum in laudandis offi
ciis copioſus & magnus:tantum in accuſandis pſequẽdiſq;
flagiciis acer & uehemens. In conſolando dulcis & exquiſi
tus:in admonendo liber:interdum ſalibus iocatur:ubiq; re
ſtrictus & accuratus. Et qui magis Demoſthenis argutam
denſitatem effingat:q̃ Ciceronis amplitudinem imitetur.
Cuius quidem (ſi ſemel leges) laudabis eloquentiam :ſi ue
ro iterum acumen deprehendes & admiraberis : ſin autem
(ut tuus eſt mos) aſſidue:ſemper te artificioſa docebit uari
etate:incredibiliq; iucunditate delectabit. Vale.

# DE PVBLICATIONE EPISTOLARVM PLINII .LIBER PRIMVS INCIPIT.

Aius plinius ſecundus ſepticio .s. frequēter hortatus es:ut epiſtolas:quas paulo accuratius ſcripſiſſem: colligerem publicaremque. Collegi nō ſeruato temporis ordine. Neq; enim hyſtoriam componebam .ſed ut quæq; in manus uenerat .Supeſt ut nec te conſilii : nec me pœniteat obſequii ita enim fiet:ut eas quæ adhuc neglectæ iacent: reqram.& ſi quas edidero non ſupprimam. Vale.

De exhibitione libri Plinii Epiſtola ſecunda incipit

Aius pli. Adriano ſuo .s. Quia tardiorē aduentū tuum proſpicio : librum quē prioribus epiſtolis ꝓmiſeram:exhibeo. Hunc rogo ex conſuetudine tua & legas & emēdes :eo magis ꝙ nihil ante pæque eodē ſtilo ſcripſiſſe uideor. Temptaui enim imitari demoſtenem ſemper tuū Caluū nuper meū figuris duntaxat orationis. Nam pauci uim tantorū uirorū(quos æquas)adſequi poſſūt.nec materia ipa huic(uereor ne improbe dicā) æmulationi repugnauit.Erat enī prope tota in cōtentione dicendi. quod me lōge deſidiæ īdormientē excitauit. ſi modo is ſū ego:qui excitari poſſi. Non tamen omnino .Marci noſtri fugimus . quotiēs paulū itinere decedere nō ītēpeſtiuis amœnitatibus admonebamur:acres enī nō triſtes eſſe uolebamus. Nec eſt ꝙ putes me ſub hac exceptione ueniā poſtulare. Nam quo magis intendā līmam tuam cōfitebor:& ipſū me & cōtubernales ab editione non abhorrere:ſi modo tu fortaſſe errori nr̄o albū calculū adieceris.Eſt enī plane aliqd edēdū ( atq; utinā hoc potiſſimum

art p³

Este libro es del colegio de Siguença el m. d[e] maraç como ... q fue desta yglesia

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

quod paratū eſt:audis deſidiae uotū)edendum autē explu
ribus cauſis: maxime ꝙ libelli( quos emiſimus) dicūtur in
manibus eſſe:q̄uis iam gr̄am nouitatis exuerint:niſi tñ auri
bus noſtris biblyopolæ blādiunť.Sed ſane blandiātur dū
per hoc mendatiū nobis ſtudia noſtra comēdent.Vale

Vt cannius ſe ſtudiis dedat. iii

Aius pli. Cannio .Rufo.S.Quid agit.Comum
tuæ meæqꝫ delitiæ ? Quid ſuburbanum amœniſſi
mū? Quid illa porticus uerna ſemper? Quid platanō opa
ciſſimus ? Quid euripus uiridis & gemmeus? Quid ſubie
ctus & ſeruiēs lacus ? Quid illa mollis & tamen ſolida ge-
ſtatio? Quid balneum illud quod plurimus ſol implet &
circuit? Quid triclinia illa popularia? illa paucorum? Quid
popinæ? Quid cubicula diurna:nocturnaqꝫ:poſſidēt te et
per uices partiuntur ? an ut ſolebas intētione rei familiaris
obeundæ crebris excurſiōibus auocaris? Si poſſidēt:fœlix
beatuſqꝫ es : ſin minus unus ex multis . Quin tu iſtas hūi
les & ſordidas curas: & aliis mandas:& ipſe te in alto iſto
pinguiqꝫ ſeceſſu ſtudiis aſſeris? hoc ſit negotiū tuū:hoc oci
um:hic labor:hec quies:in his uigila: in his etiam ſomnus
reponatur:effinge aliq̄d & excude:quod ſit ꝑpetuo tuum.
Nam reliq̄ rerꝝ tuarꝝ poſt te alium atqꝫ alium dominū ſor
tientur:hoc nūq̄ tuū deſinet eſſe ſi ſemel cœperit.Scio quē
aīmum:quod horter ingeniū: tu modo enitere ut tibi ipſi
ſis tanti quāti uideberis aliis ſi tibi fueris.Vale.

De rebus utrinqꝫ perfruendis iiii

Aius pli .pomponiæ celetinæ ſocrui. S.quantum
copiarꝝ in otriculano: in narnienſi: in carſolano
in peruſino tuo:in narſiēſi uero etiā balneum exēplis meis
Nam iam tuis opus non ē una illa breuis & uetus ſufficit.

Nõ me hercule tam mea ſunt:quæ mea ſũt:q̃ quæ tua hoc tam̃ differunt:ꝗ ſolicitius & intẽtius tui me:quã mei excipi unt.Idem fortaſſe eueniet etiã tibi: ſiquõ in nr̃a diuerteris: quod uelim facias:primũ ut perinde nr̃is rebus ac nos tuis perfruaris:deinde ut mei expgiſcant᷑ aliquãdo:qui me ſecu re ac ꝓpe negligenter expectãt. Nam mitium dn̄oꝝ apud ſeruos:ip̃a conſuetudie metus exoleſcit: nouitatibus excitã tur:ꝓbariq; dn̄is ꝑ alios magis q̃ per ſe ip̃os laborãt. Vale

De prauis reguli modis. v

Aius pli.uoconio romano ſuo.S Vidiſti ne quẽq̃ Marco regulo timidiorẽ: humilioreue poſt do mitiani mortem:ſub quo non mĩora flagitia commiſerat:q̃ ſub nerone:ſed rectiora:cœpit uereri ne ſibi iraſcerer .Nec fallebatur.iraſcebar. Ruſtici aruleni periculũ fouerat: exul tauerat morte:adeo ut librum recitaret:publicaretq;:inquo ruſticũ inſectatur:atq; etiam ſtoycoꝝ ſĩmã apellat adiicit uitelliana cicatrice ſtigmoſũ: agnoſcitis eloquentiã reguli lacerat herenniũ ſenecionẽ tam intẽperanter q̃dem ut dixe rit ei metius carus:qd tibi cum meis mortuis? nunqd ego aut craſſo aut camerino moleſtus ſum? quos ille ſub nerõe accuſauerat Hæc me regulus dolẽter tuliſſe credebat:ideoq; etiã cum recitaret librum nõ adhibuerat: præterea reiniſce batur q̃ capitaliter me ip̃m apud centumuiros laceſſiſſet? aderam arionilæ timois uxori rogatu aruleni ruſtici: regu lus contra nitebamur nos in parte cauſæ ſentẽtia mecii mo deſti optimi uiri:is tunc in exilio adomitião erat relegatus Ecce tibi regulus: quero inq̃t ſecunde quid de modeſto ſen tias? uide quod periculum ſi reſpondiſſẽ bene:quod flagiti um:ſi male(nõ poſſum dicere aliud:tum mihi q̃ deos affu iſſe) reſpõdebo inquam qd ſentiam ſi de hoc centũuiri

iudicaturi ſunt. Rurſus ille quero quid de modeſto ſẽtias?
iterũ ego : ſolebant teſtes in reos indemnatos interrogari:
Tercio ille·nõ iã quid de modeſto: ſed qd de pietate Mo
deſti ſẽtias? queris inquã quid ſẽtiam? at ego ne ĩterroga
re qdem eſſe fas puto de quo ꝓnũciatum eſt: conticuit. me
laus & gratulatio ſecuta ẽ: ꝙ nec famã meam aliquo reſpõ
ſo utili fortaſſe: inhoneſto tñ leſeram: nec me laqueis tam
ĩſidioſæ ĩterrogatiõis ĩnuoluerã. Nunc ergo conſcientia ex
territus apprehendit cecilium celerẽ : mox fabium iuſtũ: ro
gat ut me ſibi recõcilient; nec cõtentus peruenit ad ſpurinã
huic ſuppliciter (ut ẽ cum timet) & abiectiſſimus. Rogo in
quit mane uideas pliniũ domi: ſed plane mane: nec enĩ fer
re diutius ſolicitudinẽ poſſũ: & quoquomõ efficias ne mihi
iraſcat᷑. Euigilaueram: Nuntius ait ſpurina: uenio ad te imo
ego ad te: coimus in porticum liuiæ cum alter ad alterum
tenderemus exponit Reguli mandata : addit preces ſu
as ( ut decebat optimũ uirum pro diſſimillimo) parce inq
ens: Cui ego: diſpicies ipſe quid regulo renũciandũ putes:
te decipi a me non oportet. Expecto mauriciũ (non dum
enim ab exilio uenerat ) ideo nihil alterutram in partẽ re
ſpondere tibi poſſũ: facturus quicqd ille decreuerit: illũ enĩ
eſſe huius cõſilii ducem me comitẽ decet: Paucos poſt dies
ipſe me. Regulus cõuenit in prætoris officio illuc me ꝑſecu
tus ſecretũ petit: ait timere ſe ne aĩo meo pœnitus ĩhereret
quod ĩ cẽtumuirali iuditio aliquãdo dixiſſet cum reſpõde
ret mihi & ſatrio rufo: Satrius rufus cui nõ ẽ cum Cicerõe
æmulatio contẽtus ẽ eloquẽtia ſecundi: nr̃i. Reſpõdi nunc
me intelligere maligne dictum: quia ipſe cõfiteret᷑. cæterũ
potius ſe honorificum exiſtimare: ẽ enim inquã mihi cum
Cicerone æmulatio nec ſum cõtẽtus eloquẽtia ſæculi nr̃i

Nam ſtultiſſimū credo:ad imitandum nō optima quæque proponere. Sed tu qui huius iudicii memiſti:cur illius oblitus es:in quo me interrogaſti? Quid de mecii modeſti pietate ſentirē? Expalluit notabiliter quāuis palleat ſemp: heſitabundus inqt interrogaui nō ut tibi nocerē: ſed modeſto Vide hominis crudelitatē: qui ſe non diſſimulet hoī exuli nocere uoluiſſe. Subiunxit egregiā cauſam. Scripſit īqt in epla q̄dam (quæ apud domitianū recitata ē) Regulus oīum bipedum nequiſſimns. quod qdem modeſtus ueriſſie ſcripſerat. Hic fere nobis ſermonis terminus: Neq; enī uolui ꝓgredi longius. Vt mihi oīa libera ſeruarem dum mauricius uenit. Nec me præterit eſſe regulū

eſt enī locuples factioſus:curat᷑ a multis:timet᷑ a pluribus. (quod plerūq; amore fortius ē) poteſt tn̄ fieri ut hæc concisa labant᷑. Nam gr̄ia maloꝝ tam infida ē: q̄ ipſi: uerū ut idem ſæpius dicā expecto Mauritium:uir ē grauis:prudēs multis experimētis eruditus: & q futura poſſit ex p̄teritis prouidere:mihi et tēptandi aliquid & qeſcendi: illo auctore ratio cōſtabit:hæc tibi ſcripſi:quia æquū erat:te ꝑ amore mutuo non ſolum omīa mea facta dictaq;:uerum etiā conſilia cognoſcere: uale.

De uenatione & ſtudiis plinii. vi

Aius pli. Cornelio tacito ſuo.s. Ridebis & licet rideas. Ego plinius ille: quē noſti apros tris & qdem pulcherrimos cæpi: ipe inquis:ipe tamē: nō ut omio ab inertia mea & qete diſcederē:ad rætia ſedebam. Erāt in ꝓximo: non uenabulum nō lancea:ſed ſtilus & pugillares meditabar aliquid annotabāq;: ut ſi manus uacuas: plenas tamen ceras reportarem. Non eſt ꝙ contēnas hoc ſtudēdi genus; mirum eſt ut animus a cogitatiōe motuq; corporis

excitetur. Iam undiq; ſiluæ & ſolitudo :ip̄mq; illud ſilētiū
quod uenationi datur: magna cogitatiōis incitamēta ſūt
proinde cum uenabere:licebit auctore me:ut panarium et
laguncularn:ſic etiā pugillares feras:experieris nō dianam
magis mōtibus:q̄ mineruam inerrare. Vale vii

De aduocādo gallo cōtra beticos plinio aīcos

Aius plini.octauio ruſo ſuo.S. Vide in quo me
faſtigio collocaris: cum mihi idē poteſtatis:idēq;
regni dederis: quod Homerus ioui optimo maximo
Nā ego quoq; ſimili nutu ac renutu reſpō
dere uoto tuo poſſum. Etenī ſicut fas ē mihi(præſertim te
exigente)excuſare beticis: contra unum hoīem aduocatio
nem:ita nec fidei nr̄æ:nec cōſtantiæ(quam diligis)cōueit:
adeſſe cōtra ꝓuintiam(quā tot officiis: tot laboribus: tot
etiā periculis meis:aliquādo deuincerim) tenebo ergo hoc
tēperamētū:ut ex duobus(quoꝝ alterū petis) eligam illud
potius in quo non ſolū ſtudio tuo:uerū etiā iudicio ſatiſſa
ciam.Neq; enī tantope mihi conſiderandū eſt:quid uir op
timus īpn̄tia uelis:q̄ quod ſēp ſis ꝓbaturus: me circa idus
octobris ſpero romæ futuꝝ eademq; hæc præſentē quoq;
tua meaq; fide Gallo confirmatuꝝ : cui tamē iam nūc licet
ſpondeas de animo meo Cuꝛ enī
non uſq; quaq; homericis uerſibus agam tecum:q̄tenus tu
me tuis agere non pateris:quoꝝ tanta cupiditate ardeo ut
uidear mihi hac ſola mercede corrūpi: ut uel cōtra beticos
adſim:pene præterii: quod minime prætereundū fuit:acce
piſſe me careotas optimas : quæ nūc cum ficis : & boletis
certamen nōdum habent. Vale

De ſermone habito per pliniū ſuꝑ biblioteca dedicanda viii

Aius pli:.Pompeio ſaturnino ſuo.S.Peroportune

mihi redditæ ſu͂t litteræ tuæ: qbus flagitabas. ut tibi aliqd
ex ſcriptis meis mitterem. cum ego idipm̃ deſtinaſſe͂: addi
diſti ergo calcaria ſponte curre͂ti: pariterq; & tibi ueniam:
recuſandi laboris. & mihi exigendi uerecundia͂ ſubſtuliſti:
nam nec me timide uti decet: eo quod oblatu͂ e͂: nec te gra
uari quod depopoſciſti. Non eſt tn͂ ꝗ ab homi͂e deſidioſo
aliqd noui operis expectes. petiturus ſum eni͂ ut rurſus ua
ces ſermoni. que͂ apud municipes meos habui bibliotheca͂
dedicaturus. Memini quide͂ iam te q̃dam notaſſe. Sed ge
neraliter ideo nunc rogo ut no͂ tantu͂ uniuerſitati eius atte͂
das: ueru͂ etiam particulas qua ſoles lima perſequaris. Erit
enim & poſt emendationem liberu͂ nobis: uel publicare uel
continere. Quinimo fortaſſe: hanc ip̃am cunctationem no
ſtram: in alterutram ſente͂ciam eme͂dationis ratio deducet:
quæ aut indignu͂ editione: dum ſæpius retractat: inueniet:
aut dignu͂: dum idipm̃ experitur: efficiet: q̃q̃ huius cuncta
tionis meæ cauſæ: non tam in ſcriptis: q̃ in ipſo materiæ
genere conſiſtunt. Eſt eni͂ paulo q̃ſi glorioſius & elatius or
nabit hoc moleſtiam nr̃am etia͂ ſi ſtilus ipſe preſſus demiſ
ſuſq; fuerit: propterea quod cogimur: cum de munificentia
parentum noſtroꝝ: tum de noſtra diſputare: anceps hic et
lubricus locus e͂: etiam cum illi neceſſitas lenocinat᷑. Eteni͂
ſi alienæ quoq; laudes paꝝ æquis auribus accipi ſole͂t q̃ dif
ficile eſt obtinere: ne moleſta uideat᷑ oro͂ de ſe aut de ſuis
diſſerentis. Nam cum ipſi honeſtati: tum aliquanto magis
gloriæ eius prædicatio͂iq; inuidemus. Atq; ea demum recte
facta minus detorq̃mus & carpimus: quæ in obſcuritate et
ſilentio reponuntur. Qua ex cauſa: ſæpe ip̃e mecum: nobis
ne tm͂ (quicqd eſt) iſtud: co͂poſuiſſe: an et aliis debeamus
ut nobis: admonet illud (quod pleraq; quæ ſunt age͂dæ rei

neceſſaria: eadem peracta nec utilitatem parem nec gratiã retinent: at ne longius exẽpla repetamus. Quid utilius fuit q̃ munificẽtiæ ratiõem. etiã ſtilo proſequi? per hoc enĩ aſſe quebamur: primũ ut honeſtis cogitationibus ĩmoraremur deinde ut pulchritudinẽ illarum lõgiore tractatu prouidere mus: poſtremo ut ſubitæ largitionis comitẽ pœnitentiã ca ueremus. Naſcebatur ex his exercitatio q̃dam cõtemnendæ pecuniæ. Nã cum omẽs homiẽs ad cuſtodiam eius natura reſtrinxerit: nos contra: multum ac diu penſitatus amor li beralitatis comuĩbus auaritiæ uinculis eximebat. tãtoq; lau dabilior munificentia noſtra fore uidebat: q ad illam nõ impetu quodã: ſed cõſilio trahebamur: accedebat his cauſis q nõ ludos: aut gladiatores: ſed ãnuos ſumptus in alimẽ ta ingeniorum pollicebamur: oculorũ porro & aurũ uolupta tes: adeo non egẽt camẽdatione: ut nõ tam incitari debeãt oratione q̃ reprimi: ut uero aliquis libẽter educatiõis tedi um laboremq; ſuſcipiat non premiis modo. uerũ etiam ex quiſitis adhortationibus impetrãdum eſt. Nam ſi medici ſalubres: ſed uoluptate carentes cibos blandioribus alloqis proſequunt: q̃to magis decuit publicæ conſulentem utiliſſi mum munus. Sed proinde nõ populare: comitatæ orõnis inducere: p̃ſertim cum enitẽdũ haberemus: ut quod parẽti bus datur & orbis probaretur: honorẽq; paucorum cæteri pa tienter expectarent & incitarentur. Sed ut tunc comuĩbus magis comodis q̃ priuatæ iactantiæ ſtudebamus: cum intẽ tionem effectumq; muneris noſtri: uellemus ĩtelligi: ita nũc in ratione edendi ueremur: ne forte: non aliorum utilitatibus ſed propriæ laudi ſeruiſſe uideamur. præterea meminimus: quanto maiore animo honeſtatis: fructus in conſcientia q̃ in fama reponatur. Sequi enĩ gloria non appeti debet: ne

ſi caſu aliquo non ſequatur : Idcirco: ꝙ gloriā non meruerit. minus pulchrū ſit : hi uero qui bene facta ſua uerbis adornant:non ideo prædicare:quia fecerint:ſed ut predicarent feciſſe:creduntur ſic quod magnificum referente alio fuiſſet:ipſo(qui geſſerat)recenſente uaneſcit:homiēs enim cum rem deſtruere non poſſunt :iactationem eius:īceſſunt Ita ſi ſilenda feceris:factum ipm: Si laudanda: ꝙ nō ſileas ipſe culparis:Me uero peculiaris quædam impedit ratio.Et enim hunc ipſum ſermonem nō apud populum: ſed apud decuriones habui:nec impropatulo: ſed in curia uereor ergo ut ſit ſatis congruens(cum in dicendo aſſentationē uulgi: acclamationemqꝫ defugerim) Nunc eadem illa:editiōe ſectari. Cumqꝫ plebem ipſam(cui conſulebatur) limine curiæ parietibus diſcreuerim:ne quam in ſpetiem ambitionis inciderim.Nunc eos etiam (ad quos exmunere noſtro nil pertinet præter exemplum) uelut obuia oſtentatione conquirere . Habes cunctationis meæ cauſas obſequar tamen conſilio tuo : cuius mihi auctoritas pro ratione ſufficit. Vale.

De ſeceſſu plinii apud laurentinum ix

Aius plinius . Minutio fundano ſuo Salutē. Mirum eſt q̄ ſingulis diebus in urbe : ratio aut conſtet:aut conſtarę uideatur : pluribus iunctis non conſtet. Nam ſi quem interroges hodie quid egiſti? reſpondeat:officio togæ uirilis interfui:ſponſalia: aut nuptias frequentaui:ille me ad ſignandum teſtamentum:ille in aduocationē ille me ī conſilium uocauit. Hæc quo die feceris? neceſſaria eadem:ſi cottidie te feciſſe reputes:inania uidentur: multo magis cum ſeceſſeris tunc enim ſubit recordatio:quot dies quam frigidis rebus aſſumpſiſti : quod euenit mihi poſtq̄

in laurentino meo aut lego aliquid: aut ſcribo: aut etiã cor pori uaco. Cuius fulcturus animus ſuſtinetur nihil audio quod audiſſe: nihil dico quod dixiſſe pœniteat. Nemo apud me quemquam ſiniſtris ſermonibus carpit: neminẽ ipſe reprehendo: niſi unum me: cum parum comode ſcri bo: nulla ſpe: nullo timore ſolicitor: nullis rumoribus ĩqui etor: mecum tãtum & cum libellis loquor. O rectam ſince ramq; uitam. O dulce otium honeſtumq;: ac pene omni negotio pulchrius. O mare. O littus uerum ſecretumq; muſion: q̃ multa inuenitis: q̃ multa dictatis: proinde tu quoq; ſtrepitum iſtum: inanemq; diſcurſum & multum in eptos labores. ut primum fuerit occaſio: relinque teq; ſtu diis uel otio trade. Satius eſt enim (ut attilius noſter eru ditiſſime ſimul: & facetiſſime dixit) otioſum eſſe q̃ nihil agere. Vale.

De ſcia et laudibus Eufratris & offitio plinii. x

Aius. plinius Accio clementi ſuo. Salutẽ. Si quã do urbs noſtra liberalibus ſtudiis floruit: nunc maxime floret: multa claraq; exempla ſunt ſuffecerit unũ eufratres philoſophus: hunc ego in ſiria: cum adoleſẽtulus militarem: poenitus etiã domi inſpexi: amariq; ab eo labo raui: & ſi non erat laborandum: eſt enim obuius & expoſi tus plenuſq; humanitate (quam præcipit) atq; utinam ſic ipſe ſpem (quam tunc ille de me concepit) impleuerim ut ille multum uirtutibus ſuis adidit. At ego nunc illas miror quia magis intelligo: quamq̃ ne nũc quidem ſatis ĩtelligo ut enim depictore: ſculptore: fictore niſi artifex iudicare: ita niſi ſapiens: nõ poteſt pſpicere ſapientẽ: q̃tum tñ mihi datr cernere: multa ĩ eufrate ſic eminẽt & elucẽt ut medio criter quoq; doctos aduertãt & affitiãt: diſputat ſuptiliter

grauiter:ornate:frequenter etiam platonicam illam ſublimi
tatem & latitudinem effingit. Sermo eſt copioſus & uarius
dulcis i primis & qui repugnantis quoq; ducat & impellat:
ad hoc ,pceritas corporis:decora facies:demiſſus capillus:
ingens & cana barba:quæ licet fortuita & inaïa putentur:
illi tamen plurimű uenerationis acquirunt: nullus horror
in cultu.nulla triſtitia:multű ſeueritatis:reuerearis occurſű:
non reformides:uitæ ſanctitas ſumma:comitas par:inſectat
uitia:non homines:nec caſtigat errantes:ſed emendat: ſeq
ris monentem attentus & pendens:& perſuaderi tibi etiã:
cũ perſuaſerit cupias . Iã uero liberi tres:duo mares:quos
diligẽtiſſime inſtituit:ſocer pompeius Iulianus cum cætera
uita:tum uel hoc uno magnus & clarus:ꝙ ipſe puintiæ pri
ceps inter altiſſimas conditiones: generű non honoribus pri
cipé ſed ſapientia elegit:quãq; quid ego plura de uiro quo
mihi frui non licet? an ut magis angar ꝙ non licet?
Nam diſtringor officio : ut maximo : ſic moleſtiſſimo:
ſedeo pro tribunali:ſubnoto libellos:conficio tabulas: ſcri
bo plurimas: ſed illitteratiſſimas litteras: ſoleo non nunq;
(nã id aliquando contingit)de his occupationibus apud eu
fratheni queri:ille me conſolat:affirmat etiã eſſe hanc phi
loſophiæ & quidem pulcherrimam partem:agere negotiű
publicum:cognoſcere:iudicare: promere & exercere iuſtiti
am:quæq; ipſi philoſophi doceant in uſu habere. Mihi tñ
hoc unum nõ perſuadet: ſatius eſſe iſtã facere : ꝙ cum illo
dies totos audiendo diſcendoq; conſumere . quo magis
te cui uacat:hortor cum in urbem proxime ueneris (uenias
autem ob hoc maturius ) illi te poliendum limandumq;
pmittas.Neq; enĩ ego (ut multi) inuideo aliis bonű quo ipſe
careo ſed cõtra ſenſű quẽdã uoluptatemq; pcipio.ſi ea q mihi

In laurentino meo aut lego aliquid aut scribo aut etiã cor
pori uaco. Cuius fulcitur animus. Nihil audio
quod audisse: nihil dico quod dixisse peniteat. Nemo
apud me quenquam sinistris sermonibus carpit: neminẽ
ipse reprehẽdo: nisi unum me: cum parum commode scri
bo. nulla spe: nullo timore sollicitor: nullis rumoribus inqui
etor: mecum tantum & cum libellis loquor. O rectam sincẽ
ramq; uitam: O dulce otium honestumq;: ac pene omni
negotio pulchrius. O mare. O litus uerum secretumq;
musion: q̃ multa inuenitis: q̃ multa dictatis: proinde tu
quoq; strepitum istum: inanemq; discursum & multum in
eptos labores: ut primum fuerit occasio: relinque: teq; stu
diis uel otio trade. Satius est enim (ut Attilius noster eru
ditissime simul & facetissime dixit) ociosum esse q̃ nihil
agere. Vale.

De scia et laudibus Eufratis & officio plinius x

Plinius Actio clementi suo. Salu. Si quã
do urbs nostra liberalibus studiis floruit: nunc
maxime floret: multa claraq; exempla sunt: sufficeret unũ
Eufrates philosophus. Hunc ego in Syria: cum adolescentulus
militarem: penitus & domi inspexi: amariq; ab eo labo
raui: & si non erat laborandum. est enim obuius & exposi
tus: plenusq; humanitate (quam praecipit) atq; utinam sic
ipse spem (quam tunc ille de me concepit) impleuerim: ut
ille multum uirtutibus suis addidit. At ego nunc illas miror
quia magis intelligo: quanq; ne nunc quidem satis intelligo
ut enim de pictore: sculptore: fictore nisi artifex iudicare
ita nisi sapiens: nõ potest perspicere sapientem. Quantum mihi
cernere datur: multa in Eufrate sic eminẽt & elucent: ut medio
criter quoq; doctos aduertant & afficiant. disputat subtiliter

grauiter:ornate:frequenter etiam platoicam illam ſublimi
tatem & latitudinem effingit. Sermo eſt copioſus & uarius
dulcis ĩ primis & qui repugnantis quoq; ducat & impellat:
ad hoc ꝓceritas corporis: decora facies: demiſſus capillus:
ingens & cana barba: quæ licet fortuita & inaĩa putenturr:
illi tamen plurimũ uenerationis acquirunt: nullus horror
in cultu. nulla triſtitia: multũ ſeueritatis: reuerearis occurſũ:
non reformides: uitæ ſanctitas ſũma: comitas par: inſectat̃
uitia: non homines: nec caſtigat errantes: ſed emendat: ſeq̃
ris monentem attentus & pendens: & perſuadere tibi etiã:
cũ perſuaſerit cupias. Iã uero liberi tres: duo mares: quos
diligẽtiſſime inſtituit: ſocer pompeius Iulianus cum cætera
uita: tum uel hoc uno magnus & clarus: ꝙ ipſe ꝓuintiæ prĩ
ceps inter altiſſimas conditiones: generũ non hõribus prĩ
cipẽ ſed ſapientia elegit: quãq̃ quid ego plura de uiro quo
mihi frui non licet? an ut magis angar ꝙ non licet?
Nam diſtringor offitio: ut maximo: ſic moleſtiſſimo:
ſedeo pro tribunali: ſubnoto libellos: conſitio tabulas: ſcri
bo plurimas: ſed illitteratiſſimas litteras: ſoleo non nunq̃
(nã id aliquando contingit) de his occupatioĩbus apud eu
frathem queri: ille me conſolat̃: affirmat etiã eſſe hanc phi
loſophiæ & quidem pulcherrimam partem: agere negotiũ
publicum. cognoſcere. iudicare. promere & exercere ĩuſtiti
am: quæq; ipſi philoſophi doceant in uſu habere. Mihi tñ
hoc unum nõ perſuadet ſatius eſſe iſta facere: q̃ cum illo
dies totos audiendo diſcendoq; conſumere. quo magis
te cui uacat: hortor cum in urbem proxime ueneris (uenias
autem ob hoc maturius) illi te poliendum limandumq;
ꝑmittas. Neq; enĩ ego (ut multi) ĩuideo aliis bonũ. quo ipe
careo ſed cõtra ſenſũ q̃ndã uoluptatẽq; ꝑcipio. ſi ea q̃ mihi

denegantur:aicims uideo ſupereſſe. Vale

De negligentia fabii. xi

Aius pli. Fabio iuſto. S. olim mihi nullas epiſtolas mittis:nihil eſt inquis quod ſcribam:at hocipſum ſcribe nihil eſſe quod ſcribis:uel ſolū illud ūde priores īcipere ſolebāt:ſi uales bene eſt:ego ualeo:hoc mihi ſufficit Eſt enī maximū:ludere me putas? ſerio peto:fac ſciam quid agas:quod ſine ſolicitudīe ſūma neſcire non poſſum. Vale

De morte ſpontanea Corelii: xii

Aius pli. Caleſtrio tironi ſuo. s. Iacturam grauiſſimā fero:ſi iactura dicenda eſt:tanti uiri āmiſſio: Deceſſit Corelius ruffus: & quidē ſponte: quod dolorem meū exulcerat: eſt enī luctuoſiſſimū genus mortis: quæ nō ex natura nec fatalis uidetur. Nam ut cūq; in illis qui morbo finiuntur magnum ex ipa neceſſitate ſolatiun eſt:in his uero: quos acerſita mors aufert hic inſanabilis dolor eſt: ꝙ creduntur poſſe diu uiuere. Corelium quidem ſumma ratio (quæ ſapientibus pro neceſſitate eſt) ad hoc conſiliū compuli q̄q̄ plurimas uiuendi cauſas habentem:optimā cōſcientiam:optimam famam: maximam auctoritatem: præterea filiam:uxorem:nepotes:ſorores:inter quæ tot pignora ueros amicos. Sed tam longa:tam iniqua ualitudine cōflictabatur: ut hæc tanta pretia uiuendi: mortis ratiōibus uincerentur. Tertio et trigeſimo anno (ut ipm audiebam) pedum dolore correptus eſt:patrius hic illi. Nam pleruncq; morbi quocq; per ſucceſſiones q̄ſdā (ut alia) traducunt: hūc abſtinētia ſanctitateq; uiridis ætas uicit:& fregit:nouiſſime cū ſenectutē īgraueſcentē uiribus aīmi ſuſtiebat:cū qdē īcredibiles cruciatus & īdigniſſīa tormēta patereť iā.n.dolor nō pedibus ſolis (ut prius) īſidebat: ſed oīa mēbra ꝑuagabať

ueni ad eum domitiani tẽporibus in ſuburbano iacẽtẽ. Ser
ui e cubiculo receſſerũt: habebat. n. hoc moris: quotiẽs ĩtra
ſſet fidelior aĩcus: qn etiã uxor ( q̃q̃ oĩs ſecreti capaciſſĩa) di
grediebat᷑: Circũtulit oculos & cur ĩqt me putas hos tãtos
dolores tandiu ſuſtinere? Vt ſcilicet iſti latroni uel uno die
ſupſim dediſſes huic animo par corpus feciſſet quod opta
bat. Adfuit tñ deus uoto: cuius ille compos: ut iam ſecurus
liberq̃ moriturus multa: illa uitæ: ſed minora retinacula ab
rupit: increuerat ualitudo: quã temperãtia mitigare tempta
uit: pſeuerantẽ conſtãtia fugit: iam diem alterũ: terciũ: qrtũ
abſtinebat cibo: miſit ad me uxor eius hiſpula comunem
amicum: C. gemitiũ cum triſtiſſimo nuntio: deſtinaſſe Co
relium mori: nec aut ſuis aut filiæ præcibus flecti: ſolũ ſup
eſſe me a quo reuocari poſſet ad uitã: cucurri: pueneram in
proximum cum mihi ab eadẽ hiſpula iulius acticus nũtiat
nihil iam ne me quidem impetraturum: tam obſtinate ma
gis: ac magis induruiſſe: dixerat ſane medico ad monenti
cibum                                     quæ uox quantũ
admiratiõis in animo meo: tantum deſiderii reliquit. Cogi
to: quo uiro. quo amico careã: impleuit quidem annum ſe
ptimum & ſexageſimũ: quæ ætas etiam robuſtiſſimis ſatis
longa eſt: ſcio euaſit perpetuam ualitudinem: ſcio deceſſit
ſuperſtitibus ſuis: florente re. p quæ illi omibus ſuis carior
erat: & hoc ſcio. Ego tamẽ tãquã iuuenis et fortiſſimi mor
te doleo: doleo autem (licet me imbecillum putes) meo no
mine: amiſi enim amiſi uitæ meæ teſtem: rectorem: magi
ſtrũ: inſumma dicam (quod recenti dolore cõtubernali
meo Caluiſio dixi) uereor ne negligentius uiuam: proinde
adhibe ſolatia mihi: non hæc: ſenex erat: infirmus erat:
hæc enim noui: ſed noua aliq̃. ſed magna quæ audiuerim

nunq̃:legerim nunq̃. Nam quæ audiui:quæ legi ſponte ſuc currunt:ſed tanto dolore ſuperantur. Vale.

De recitationibus poetaꝝ et pigritia auditorum xiii

Aius pli. Soſio ſenecioni ſuo S. Magnum ꝓuētū poetaꝝ ãnus hic attulit:toto menſe aprili:nullus fere dies:quo non recitaret aliquis:iuuat me ꝗ ui gent ſtudia:ꝓferunt ſe ingenia hominū ut oſtētant:tamet ſi ad audiendū pigre coitur:pleriqꝫ inſtatiōibus ſedent tem puſqꝫ audiēdis fabulis conterūt:ac ſubide ſibi nūciari iubēt an iam recitator initiauerit:an iam dixerit p̄fationē: an ex magna parte euoluerit librū. Tum demū:ac tn̄c quoqꝫ lēte cunctanterqꝫ ueniūt:nec tamen ꝑmanent:ſed ante finē rece dunt : alii diſſimulāter & furtim : alii ſimpliciter & libere. At ercle memoria parentū claudiū cæſarē ferūt cum impala tio ſpaciaretur audiſſetqꝫ clamorē: cauſam requiſiſſe: cūqꝫ dictum eſſet recitare Nonianum: ſubitum recitanti īopina tumqꝫ ueniſſe: nunc ocioſiſſimus quiſqꝫ multo ãte rogatus et identidem admonitus: aut non uenit: aut ſi uenit quæri tur:ſe diem (quia nō perdiderit) perdidiſſe:Sed tanto ma gis laudandi probandiqꝫ ſunt:quos aſcribendi recitandiqꝫ ſtudio hæc auditorum uel deſidia uel ſupbia non retardat. Eqdem ꝓpe nemini defui:erāt ſane pleriqꝫ aīci . Neqꝫ enī ē fere qſq̃ qui nos amet:ut ſtudia nō ſimulet:his ex cauſis lō gius q̃ deſtinauerā tēpus in urbe conſūpſi:poſſū iā repetere ſeceſſū & ſcribere aliqd ꝗ nō recitet̃ ne uidear recitatiōibus (quoꝝ affui)nō auditor fuiſſe ſed creditor:nā ut ī ceteriſ re bus ita ī audiēdi offitio ꝑit gr̃a ſi r̄poſcat̃. xiiii. De laudibus cuiuſ dā minutii attilāī futuri mariti cuiuſdā puellæ

A. pli. iunio maurico. s petis uti fr̄is tui filiæ ꝓſpitiā maritū ꝗ merito mihi potiſſimū īiungis. ſcis. n. q̃tope ſūmū

illum uirũ ſuſpexerim dilexeriq̧: quibus ille adoleſcentiam
meam exhortatiõibus fouerit: qbus etiam laudibus: ut lau-
dandus uiderer: effecerit: nihil eſt quod a te mandare mihi
aut maius aut ſatius: nihil quod honeſtius aut gratius ame
ſuſcipi poſſit: q̃ ut eligã iuuenẽ exquo naſci nepotes aruli
no ruſtico deceat. Qui quidẽ diu q̃rendus fuiſſet: niſi para
tus: & q̃ſi ꝓuiſus eſſet. Minutius attilianus: qui me ut iuuẽ
nis iuuenẽ (eſt enĩ minor pauculis annis) familiariſſĩe dili
git: reueret̃ ut ſenem. Nam ita informari a me & inſtitui
cupit: ut ego a uobis ſolebam patria eſt ei brixia ex illa nr̃a
italia q̃ adhuc multũ: uerecundiæ: frugalitatis: atq̧ etiã ru
ſticitatis ãtiquæ retinet ac ſeruat: pr̃ minutius macrinus eq̃
ſtris ordinis prĩceps: qa nihil altius uoluit (allectus enĩ a di
uo ueſpaſiano interpretorios) honeſtã q̃etem huic noſtræ
ambitioni: dicã an dignitati cõſtantiſſime ꝓtulit: habet aui
am maternã ſerranã ꝓcul a meo municipio patauio: noſti
loci mores: ſerrana tñ patauinis quoq̧ ſeueritatis exẽplum
eſt: cõtigit & auunculus ei publius atilius grauitate pruden
tia: fide ꝓpe ſigulari. In ſũma nihil erit ĩ domo tota: quod
nõ tibi tanq̃ in tua placeat. Atiliano uero ĩpi plurimũ uigo
ris ĩduſtriæ (quamq̃ in maxima uerecundia: q̃ſturam tribu
natum præturam honeſtiſſime ꝑcucurrit: ac iam pro ſe ille
tibi neceſſitatem ambiendi remiſit. Eſt illi facies liberalis:
multo ſanguine: multo rubore ſuffuſa: ẽ ingenua totius cor
poris pulchritudo: & qdam ſenatorius decor: quæ ego ne
quaq̃ arbitror negligenda: debet hoc enim caſtitati puella
rum quaſi præmium dari. Neſcio an adiiciã eſſe patri eius
facultates amplas. Nam cum imaginor uos (quibus quæri
mus generum) ſilendum de facultatibus puto: cum pub
licos mores: atq̧ etiam leges ciuitatis intueor. (quæ.

uel inprimis cenſus hoīnum ſpectandos arbitrātur ) ne id quidē prætereūdum uidetur :& ſane depoſteris & his pluri bus cogitanti hic quoq incōditioībus deligēdis ponēdus eſt calculus. Tu fortaſſe me putes indulxiſſe amori meo: Su praq iſta: q̄res p atitur: ſuſtuliſſe: at ego fide mea ſpondeo futurū ut omīa longe ampliora q̄ a me prædicant inuenias. diligo qdem adoleſcētem ardentiſſime ſicut meret: ſed hoc ipm am an tis eſt: non honerare eum laudibus. Vale

De ſoluendo impendio cœnæ xv

Aius p. Septicio claro s. heus tu pmictis ad cœnā nec uenis: dicit ius ad axē. Impēdiū reddes: nec id modicum: parate erant lactuce ſigulæ: cocleæ ternæ: oua bi na halica cum mulſo & niue: nam hāc quoq computabis: īmo hanc īprimis: quæ perit ī ferculo oliuæ: beta: cucurbitæ bulbi: alia mille nō minus lauta: audiſſes comedū uel lecto rem: Vel liriſten: uel q̄ mea liberalitas oīs. At tu apud neſ cio quem oſtreas uuluas; eqnos gaditanos maluiſti: dabis pœnas non dico q̄s: dure feciſti. Inuidiſti: neſcio an tibi: cer te mihi: ſed tñ & tibi: quātū nos luſiſſemus: potes opatius cœnare apud multos: nuſq̄ hilarius: ſimplicius cautius. in ſūma experire: & niſi poſtea te aliis potius excuſaueris: mi hi ſemper excuſa. Vale xvi

De ſcia pompei ſaturnini tā in carie q̄ in pſa & eius uxoris

Aius pli. Curcio: s. amabam pōpeiū ſaturniū hūc dico noſtrū laudabamq eius ingeniū: etiam ante q̄ ſcirē q̄ uariū: q̄ flexibile: q̄ multiplex eſſet. Nūc uero totū me tenet: habet: poſſidet: audiui cauſas agentem acriter & ardēter. nec minus polite & ornate: ſiue meditata ſiue ſubita pferret. adſūt acutæ crebræq ſētētiæ: grauis & decora cōſtructio. ſoātia uerba & ātiq: oīa hæc mire placēt

cum impetu quodã & flumine puehuntur:placẽt ſi retractẽtur. Senties quod ego cum orões eius in manus ſumpſeris:quas facile cuilibet ueterũ:quoꝝ eſt æmulus: cõparabis Idem tñ in hiſtoria magis ſatiſfaciet: uel breuitate:uel luce: uel ſuauitate:uel ſplẽdore:etiã & ſublimitate narrãdi. Nam in contióibus eadẽ :quæ in orónibus: uis eſt preſſior tñ et circũſcriptior & adductior. Præterea facit uerſus:quales Catullus aut caluus:quantũ illis læporis: dulcedis amaritudis amoris:inſerit. ſane:ſed data opa mollius leuiſqꝫ: duriuſculos quoſdã: & hoc q̃ſi catullus:aut caluus:legit mihi nuper epiſtolas quas uxoris eſſe dicebat:plautũ uel terẽtiũ metro ſolutũ legi credidi:quæ ſiue uxoris ſint ut affirmat:ſiue ipius ut negat: pari gloria dignus eſt:qui aut illa componat: aut uxorem q uã uirginẽ accepit:tamdoctã politãqꝫ redidèrit. Eſt ergo mecũ per diem totum:eundem anteq̃ ſcribam eundẽ cum ſcripſi: eũdẽ etiã cum remittor nõ tanq̃ eũdem lego:quod te quoqꝫ ut fatias & hortor & moneo:Neqꝫ.n. debet opibus eius obeſſe:ꝙ uiuit. At ſi inter eos quos nũq̃ uidimus floruiſſet: non ſolũ libros eius : uerũ etiã imagiẽs conqreremus eiuſdẽ nũc honor pñtis & gratia : quaſi ſacietate langueſcit. Et hoc prauum malignũqꝫ eſt non admirari hominẽ admiratione digniſſimũ :quia uidere: alloqui audire cõplecti nec laudare tantũ: uerum etiam amare contigit. Vale.

Epiſtola . xvii

Titinius Capito lucii ſillã ſtatuã in foro poſuit

Ai. pli. Cornelio Niciāo. s Eſt adhuc cure hoíbus fides & offitiũ. ſũt qui defũctoꝝ quoqꝫ aícos agãt titinius capito ab ĩpatore ĩpetrauit:ut liceret ſibi ſtatuã lucii ſillani ĩ foro ponere:pulchrũ & laud edignũ aícicia pricipis in hoc uti:quãtũqꝫ gratia ualeas: alioꝝ honoribus experiri

Eſt oīno Capitoni in uſu:claros uiros colere. mirū eſt qua
religione:quo ſtudio imagines brutorū: Caſſiorū:catonū:
domi ubi poteſt habeat .idē clariſſimi cuiuſq; uitā:egregiis
carmībus exornat.Scias ip̄m plurimis uirtutibus abūdare:
qui alienas ſic amat. Redituſ ē lucio ſillano debitus honor
cuius īmortalitati capito ꝓſpexit,pariter & ſuæ.neq; enim
magis decor & īſigne ē :ſtatuā in foro.p.R.habere:q̄ po-
nere. Vale.

Suetonius ſomnio ꝑterritus xviii

Aius pli. Suetonio tranquillo.s.ſcribis te ꝑter-
ritū ſomnio uereri:ne qd aduerſi in actione pa-
tiaris:rogas ut dilationē petā ad pauculos dies. Certe pro-
ximū excuſē difficile ē .ſed experiar
eteni ex ioue inſōnium ē.refert ta
men euētura ſoleas:an cōtraria ſōniare.inibi reputāti ſōniū
meū iſtud:quod times tu:egregiā actionē portēdere.uidet̄
ſuſceperā cauſā iunii paſtoris.quā mihi q̄eſcēti uiſa ē ſocrus
mea aduoluta genibus:ne agerē obſecrare.& eram acturus
(adoleſcētulus adhuc erā)in q̄druplici iudicio.erā cōtra po
tētiſſiōs ciuitatis atq; etiam Cæſaris aīcos:q̄ ſigula excutere
mentē mihi poſt tam triſte ſōniū poterant.egi tamen

animo uertēs illud unū auguriū optimū ē pugnare pro pa
tria.Nam mihi patria: & ſi quid carius p̄ria fides uidebat̄
ꝓſpere ceſſit.atq; adeo illa actio mihi aures hominū.illa ia
nuam famæ patefecit.proinde diſpice an tu quoq; ſub hoc
exēplo ſōniū iſtud in bonū uertas. an ſi tutius putas illud
cautiſſimi cuiuſq; præceptū . quod dubites ne feceris.idipſū
reſcribe .ego aliquam ſtropham inueniam:agamq; cauſam
tuam.ut ipſam agere tu cum uoles:poſſis.& ſane alia ratio

tua alia mea fuit. Nam iuditium centumuirale differri nullo modo:iſtud egre quidem:ſed tamē poteſt. Vale. xix

De oblatione plinii facta Romatio trecenta milia nūmum

Aius pli. Romatio firmo:S. Municeps tu meus et condiſcipulus: & abineunte ætate contubernalis pater tuus:& matri & auunculo meo mihi etiā (quantum ætatis diuerſitas paſſa eſt) familiaris: magnæ et graues cauſæ:cur ſuſcipere: augere dignitatē tuam debeam eſſe autē tibi centum miliū cēſum ſatis indicat quod apud nos:decurio es. Igitur ut te non decurione ſolum uerū etiā equite Romano ꝑfruamur: offero tibi adimplendas equitis facultates trecenta milia nummū: te memorē huius muneris:amiciciæ nr̄æ diuturnitas ſpōdet: ego ne illud q̄dem admoneo(quod admonere deberē) niſi ſcirem ſpōte facturum:ut dignitate a me data: q̄ modeſtiſſime(ut a me data) utare.Nam ſolicitius cuſtodiēdus eſt honor:in quo etiam benefitium amici tuendum eſt. Vale.

De actione & oratione modoq; orandi. xx

Aius pli Cornelio tacito ſuo.S.Frequēs mihi diſputatio eſt cum quodam docto homine & perito:cui nihil æque in cauſis agendis ut breuitas placet: quā ego cuſtodiendam eſſe cōfiteor:ſi cauſa permittit:alioquin præuaricatio eſt tranſire dicenda:præuaricatio etiā curſi et breuiter attingere:quæ ſunt inculcanda infigenda repetenda.Nam pleriſq; longiore tractatu: uis quædā & pondus accedit:utq; corpori ferrū: ſic oratio animo nō ictu magis q̄ mora imprimitur. Hic ille mecum auctoritatibus agit:ac mihi ex græcis orōnes liſiæ oſtētat: ex nr̄is graccoꝝ Catoniſq;: quoꝝ ſane plurimæ ſūt circūciſæ:& breues. Ego liſiæ demoſtenē:æſchinē:hiperidē multoſq; præterea. Gracchis

et Catoni polionem Cæſarem: Celium: & imprimis. M tul
lium oppono: cuius orō fert' optima eſſe: quæ maxime: et
hercule ut aliæ bonæ res: ita bonis liber melior eſt quiſq;:
quo maior: uides & ſtatuas: ſigna picturas hominū: deniq;
multoꝝ animaliū formas: arboꝝ etiā: ſi modo ſint decoræ
nihil magis q̄ amplitudo cōmendet. Idem orōnibus eueit
qui etiā uolumibus ipis auctoritatē quādam & pulchritu
dinē adiicit magnitudo. Hæc illa multaq; alia (quæ a me in
eandem ſententiā ſolent dici) ut eſt in diſputādo incomp̄
henſibilis & lubricus ita eludit: ut contēdat hos ipos (quo
rum orōnibus nitor) pauciora dixiſſe q̄ ediderint. Ego cō
tra puto teſtes ſūt: multæ multoꝝ orōnes & ciceroīs ꝓmu
rena: pro uareno in quibus breuis & nuda q̄ſi ſubſcriptio
quorundā criminū ſolis titulis indicatur ex his apparet il
lum per multa dixiſſe. Dum ederet omiſiſſe. Idem pro clu
entio ait ſe totam cauſam uetere inſtituto ſolum peroraſſe
et pro .c. cornelio q̄triduo egiſſe: ne dubitare poſſimus q̄
per plures dies (ut neceſſe erat) latius dixerit: poſtea reciſa
et repurgata in unū librum (grandē q̄dem unū tn̄) coarctaſ
ſe. At aliud eſt actio bona: aliud oratio. Scio nō nullis ita
uideri: ſed ego forſitan: fallor perſuaſum habeo: poſſe fieri
ut ſit actio bona: quæ nō ſit bona orō. Non poſſe autem
non bonam actionem eſſe: quæ ſit bona oratio. Eſt enim
oratio actionis exemplar: & q̄ſi . Archethipos. ideo in opti
ma quaq; mille figuras extēporales inuenimus: in his etiā
quas tantū editas ſcimus. ut inuerrem artificem: quē nam
recte admones: policletū eſſe dicebāt. Seqtur ergo ut actio
ſit abſolutiſſima: quæ maxime orōnis ſimilitudinē expre
ſerit: ſi modo iuſtum & debitun tēpus accipiet: quod ſi ne
getur: nulla oratoris: maxīa iudicis culpa eſt. Adſunt huc

opinioni meæ leges:quæ longiſſima tempora largiunt᷑ nec
breuitatem dicētibus:ſed copiam:hoc eſt diligentiā ſuadēt
quā præſtare (niſi in anguſtiſſimis cauſis)nō poteſt breui
tas. Adiiciam quod me docuit uſus:magiſter egregius:fre
quenter egi: frequēter iudicaui : frequenter in conſilio fui:
aliud alios mouet: ac plerūqꝫ paruæ res maximas trahunt:
uaria ſunt iuditia hominū:uariæ uoluntates. Inde qui eādē
cauſam ſimul audierūt:ſæpe diuerſum:interdū idem ſed ex
diuerſis animi motibus ſentiunt : Præterea ſuæ quiſqꝫ inuē
tioni fauet : & q̃ſi fortiſſimū amplectit᷑ : cum ab alio dictū
eſt: quod ip̄e præuidet: oībus ergo dandū eſt aliq̄d quod
teneāt. quod agnoſcāt dixit aliquādo mihi Regulus: cum
ſimul adeſſemus:tu omīa quæ ſūt in cauſa putas exeq̄nda:
ego iugulum ſtatī uideo:hunc p̄mo:p̄mit ſane quod elegit
ſed in elegendo frequēter errat. Reſpondi poſſe fieri:ut ge
nu eſſet:aut tibia:aut talus: ubi ille iugulū putaret. At ego
inquā: qui iugulū perſpicere nō poſſum:omia ꝑtēpto: oīa
experior:omnē deniqꝫ lapidem moueo. Vtqꝫ īcultura agri
non uineas tm̄:uerū etiam arbuſta:nec arbuſta tm̄: uerum
etiam campos curo & exerceo . Vtqꝫ in ip̄is campis nō far
ro:aut ſiliginem ſolam:ſed ordeum fabam:cæteraqꝫ leguīa
ſero:ſic in actione: plura quaſi ſemīa latius ſpargo:ut quæ
ꝓuenerint colligā:Neqꝫ enim minus impꝑſpicua:incerta:fal
latia iudicū ingenia:q̃ tempeſtatū:terrarūqꝫ. Nec me p̄terit
ſūmum oratorē periclem : ſic acomico heupolide laudari

uerum huic ipſi pericli nec illa nec illud
breuitate uel uelocitate uel utraqꝫ(diffe-
runt enī)ſine facultate ſūma contigiſſet . Nam delectare p
ſuadere copiam dicendi ſpaciūqꝫ deſiderat:relinquere uero

aculeum in audiẽtium animis his demũ poteſt qui nõ pun
git ſed infigit : adde quæ de eodem pericle comicus alter.

Non enim amputata:orõ & abſciſa:ſed lata magnifica: et
exelſa tonat:fulgurat:omĩa deniq; perturbat: ac miſcet:op
timus tñ modus eſt:quis negat:ſed non minus non ſeruat
modum:qui imfra rem:quã qui ſupra: qui aſtrictius q̃ qui
effuſius dicit.Itaq; audis frequenter:ut illud ĩmo dice.& re
dundanter:ita hoc ieiune et infirme:alius exceſſiſſe materiã
alius dicitur non ĩpleſſe:æque uterq;: ſed ille imbecillitate:
hic uiribus peccat:quod certe & ſi non limatioris: maioris
tamẽ ingenii uitium eſt. Nec uero cum hæc dico: illud ho
mericum ꝓbo. Sed hunc
non quia non & ille mihi ualidiſſime placeat

Si tamẽ detur electio:illam plenã orõnẽ
ſimilem niuibus hibernis idẽ crebram:aſſiduam.& largam
poſtremo cæleſtẽ & diuinã uolo:at eſt gratior multis actio
breuis: eſt q̃dem ſed inertibus : quoꝝ delicias: deſidiamq;
q̃ſi iuditium reſpicere:ridiculum eſt. Nam ſi hos in conſi
lio habeas:non ſolum ſatius eſt breuiter dicere:ſed omino
non dicere. hæc eſt adhuc ſententia mea :quam mutabo ſi
diſſenſeris tu: ſed plane cur diſſentias explices rogo : q̃uis
enĩ auctoritati tuæ credere debeam. rectius tamen arbitror
in tanta re ratione q̃ auctoritate ſuperari: proĩde ſi non er
rare uideor : idĩpm q̃ uoles breui epiſtola ſed tamẽ ſcribe:
confirmaueris enĩ iuditiũ meum.ſi erraro: longiſſimã para
Num corrupi te:qui tibi ſi mihi accederes: breuis epiſtolæ
neceſſitatem ſi diſſenſeris:longiſſimæ impoſui. Vale.

De ſeruorum emptione xxi

Aius plinius.plinio paterno ſuo.S. Vt animi tui

iudicio:ſic oculorum plurimū tribuo. Non quia multum:ne tibi placeas:ſed quia tantū quātū ego ſapis:quāq̄ hoc quoq; multum eſt omiſſis iocis: credo decentes eſſe ſeruos qui ſunt empti mihi:ex conſilio tuo : ſupereſt ut frugi ſint ſed de uenalibus melius auribus q̄ oculis iudicatur. Vale: De ualitudine Titi ariſponis & eius ſcia moribus & laudibus

Aius pli. Catilio ſeuero. S. diu iam ī urbe xxii
hereo: & quidem attonitus: perturbat me longa et
pertinax ualitudo Titi oriſponis:quē ſigulariter
et miror & diligo. Nihil ē enī illo grauius:ſāctius:doctius ut mihi non unus homo:ſed littere ipſe: omēſq; bone artes in uno homīe ſummū periculum adire uideantur q̄ peritus ille & priuatis iuris & publici? q̄tum rerum? quantū exemplorum? quantū antiq̄tatis tenet? Nihil eſt quod diſcere uelis:quod ille docere non poſſit. Mihi certe quotiēs aliq̄d abditum quero ille theſaurus eſt. Iam q̄nta ſermoībus eius fides q̄nta auctoritas? quā preſſa & decora cūctatio q̄d eſt quod nō ſtatim ſciat? & tñ plerunq; heſitat: dubitat diuerſitate rationū: quam acri magnoq; iudicio ab origine cauſiſq; primis repetit: diſcernit:expedit. Ad hoc q̄ parcus in uictu:q̄ modicus in cultu: ſoleo ipm cubiculū illius: ipmq; lectum:ut imaginē quandā priſcæ frugalitatis aſpicere: ornat hæc magnitudo animi:quæ nihil ad oſtētationē:omīa ad cōſcietiam refert : recteq; facti non ex populi ſermōe mercedem:ſed ex facto petit. Inſūma non facile quis quēq̄ ex iſtis:qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis preferunt: huic uiro comparabit: non quidem ginnaſia ſectatur : aut porticus non diſputationibus longis aliorum ociū ſuumq; delectat: ſed in toga negotiiſq; uerſatur : multos aduocatione:plures cōſilio iuuat. Nemini tñ iſtorum:caſtitate:pietate

iuſtitia:fortitudo etiam primo loco ceſſerit:mirareris:ſi in
tereſſes qua : patientia hanc ipſam ualitudinem tolleret:
ut dolori reſiſtat: ut ſitim differat:ut incredibilem febrium
ardorem:īmotus:opertuſq; trāſmictat. Nuper me paucos
q; mecun(quos maxīe diligit) aduocauit:rogauitq; ut me
dicos cōſuleremus de ſūma ualitudīs:ut ſi eſſet īexſuperabi
lis ſponte exieret e uita.Si tantū difficilis & longa reſiſteret
maneretq;:dandum enī precibus uxoris:daudū filiæ lachri
mis:dandum etiam nobis amicis:ne ſpes noſtras(ſi modo
non eſſēt inanes)uoluntaria morte deſereret. Id ego ardu
um inprimis: & precipua laude dignum puto. Nam impe
tu quodam:& inſtintu precurrere ad mortem comune cū
multis:deliberare uero: & cauſas eius expēdere : quod ſua
ſerit ratio uitæ mortiſq; conſiliū:uel ſuſcipere uel ponere in
gentis animi ē.Et medici quidem ſecūda nobis pollicentur
Supereſt ut promiſſis deus āuat. Tandēq; me hac ſolici
tudine exoluat:qua liberatus : laurentinū meum hoc eſt li
bellos & pugillares:ſtudioſumq; otium repetam.Nunc enī
nihil legere:nihil ſcribere:aut aſſidēti uacat:aut anxio libet
habes quid timeam:quid optem: quid etiam in poſterum
deſtinem.Tu quid egeris:quid agas: quid uelis agere inui
cem nobis: ſed letioribus epiſtolis ſcribe: Erit confuſioni
meæ non mediocre ſolatium:ſi tu nihil quereris.Vale

De conſultatione agendarum cauſarum in tribunatu et
eius conditionibus. xxiii

Aius plini. Pompeio falconi Salutem. Conſulis
an exiſtimem te in tribunatu cauſas agere debe
re:plurimum refert : quid eſſe tribunatum:putes
inanem umbram : ſaltim honoris nomen : an poteſtatem
ſacroſanctam & quam in ordinem cogi:ut a nullo: ita ne

a ſe quidem deceat: ipſe cum tribunus eſſem (erauerim for taſſe qui me aliquid putaui) ſed tamq̃ eſſẽ :abſtinui cauſis agendis primũ ꝙ deforme arbitrabar : cui aſſurgere cui lo co cedere omẽs oporteret: hunc omĩbus ſedentibus ſtare: et qui iubere poſſit tacere quẽcũq;: huic ſilentium clepſidra indici:& quem interfari nefas eſſet:hunc etiam conuitia au dire:& ſi inulta pateret᷑: inertem ſi ulciſceretur inſolentem uideri.Erat hic quoq; æſtus ſi ante oculos forte me appellaſ ſet:uel ille cui adeſſem: uel ille quem contra: intercederem: et auxilium ferrem : an quieſcerem ſileremq;:& quaſi euita to magiſtratu priuatum ip̃e me facerem:his rationibus mo tus malui me tribunum omnibus exhibere : q̃ paucis ad uocatum. Sed tu (iterum dicam: plurimum inter eſt quid eſſe tribunatum putes)eam perſonam tibi imponas : quæ ſapienti uiro ita aptanda eſt ut perferatur. Vale.

De cura ſeruanda in agelli emptione. xxiiii

Aius plinius belio hiſpano ſuo Salutem. Tranql lus contubernalis meus uult emere agellum:quẽ uẽditare amicus tuus dicitur.Rogo cures quanti æquũ eſt emat.Ita enĩ delectabit emiſſe.Nam mala emptio ſemper ingrata eſt:eo maxime ꝙ exprobrare ſtulticiã dño uidet᷑:in hoc autem agello ſi modo arriſerit pretium : tran quilli mei ſtomachum multa ſolicitãt:uicinitas urbis:opor tunitas uiæ:mediocritas uillæ:modus ruris:qui auocet ma gis q̃ diſtringat. . Scolaſticis porro dominis ( ut hic eſt) ſufficit abunde tantum ſoli:ut releuare caput : refigere ocu los:reptare per limitem:unam ſemitam terere:omneſq; uiti culas ſuas noſſe: & numerare arbuſtulas poſſint: hæc tibi expoſui quo magis ſcires quantum ille eſſet mihi:ego tibi debiturus:ſi prædiolum iſtud(quod comendatur his doti

buſ)tam ſalubriter emerit ut pœnitenciæ locum non relinquat. Vale.

porro:multaq; alia prata & arbuſtã. A capite porticus tri clinium excurrit:ualuis xiſtum deſinentem:et protinus pra tum multũq; ruris uidet.feneſtris hac latus xiſti: et quod proſilit uillæ:hac adiacentis yppodromi:nemus comaſq; ꝑ ſpectat. Contra mediam fere porticum dieta parum rece-dit. Cingit areolã:quæ quatuor platanis inumbrat̃. Inter has marmoreo labro aqua exundat:circũiectaſq; platanos & ſubiecta platanis leni aſpergine fouet:eſt ĩ hac zeta dor mitoriũ cubiculum quod:diem:clamorem:ſonum:excludit iunctaq; quotidiana amicorũq; cœnatio: areolam illã por ticus alia:eademq; omnia:quæ porticus aſpicit:eſt & aliud cubiculum a proxima platano uiride:& umbroſũ marmor̃ exculptum podiotenus nec cedit gratiæ marmoris. Ramoſ inſidenteſq; ramis aues:imitata pictura:fonticulus: in hoc fonte crater: circa ſipuntuli plures miſcent iucundiſſimum murmur. In cornu porticus ampliſſimum cubiculum tricli-nio occurrit:aliis feneſtris xiſtum:aliis deſpicit pratũ. Sed ante piſcinam quæ feneſtris ſeruit ac ſubiacet: ſtrepitu ui ſuq; iucunda. Nam ex edito deſiliẽs aqua ſuſcepta marmo re albeſcit:idem cubiculum hyeme tepidiſſimum: quia plu rimo ſole perfunditur. Coheret hypocauſton: & ſi dies nu bilus:imiſſo uapore ſolis uicem ſupplet. Inde apoditerion balnei laxum & hylare excipit cella frigidaria:in qua bapti ſterium amplum atq; opacum. Si natare latius aut tepidius uelis in area piſcina eſt:in proximo puteus: ex quo poſſis rurſus aſtringi:ſi pœniteat teporis:frigidariæ cellæ conne ctitur media:cui ſol benigniſſime preſto eſt. Alia caldaria magis. Prominent enim in hac tres diſcenſiones:duæ in ſo le:tertia a ſole: a luce non longius. A poditerio ſuperpoſi tũ eſt pheriſteriũ:quod plura genera exercitatõnis:plureſq;

circulos capit. Nec procul a balneo ſcalæ: quæ ĩ criptopor
ticum ferunt: prius ad dietas tres: harũ alia areolæ illi in q̃
platani quatuor alia prato: alia uineiſ ĩminet: diuerſaſq; coe
li partes (ut ꝓſpectus) habet. in ſumma criptoporticu cubi
culum: ex ipa criptoporticu exciſum: quod yppodromum
uineas: montes: intueť: iungiť cubiculũ obuium ſoli: maxi
me hyberno: hinc oriť zeta: quæ uillæ yppodromũ anne
ctit: hæc facies: hic uiſus a frõte. A latere æſtiua criptopor
ticus in edito poſita: quæ non aſpicere uineas: ſed tangere
uideť. In media tricliniũ ſaluberrimũ: afflatũ ex appẽninis
uallibus recipit. Poſt latiſſimis feneſtris uineas ualuis æque
uineas: ſed p criptoporticũ quaſi admictit. A latere triclinii
(quod feneſtris caret) ſcalæ conuiuio utilia ſecretiore ambi
tu ſuggerunt. In fine cubiculum: cui nõ minus iocundũ ꝓ
ſpectum criptoporticus ipa: q̃ uineæ p̄bent. Subeſt cripto
porticus ſubterraneæ ſimilis: æſtate incluſo frigore riget cõ
tentaq; aere ſuo. Nec deſiderat auras: nec admictit. Poſt
utrãq; criptoporticum (unde triclinium deſinit: ĩcipit por
ticus ante medium diem hiberna: inclinato die æſtiua: hac
adeuntur dietæ duæ: quarum in altera cubicula quatuor: al
tera tria: ut circuit ſol: aut ſole utuntur: aut umbra. Hãc diſ
poſitionem amænitatemq; tectorum late longeq; ꝓcedit
yppodromus medius pateſcit: ſtatimq; intrantium oculis
totus offertur: platanis circuitur: ille edera ueſtiuntur: utq;
ſummæ ſuis: ita imæ alienis frondibus uirent edere truncũ
& ramos perrant uicinaſq; platanos tranſitu ſuo copulant
has buxus interiacet. Exteriores buxos circumuenit laurus
umbræq; platanorum ſuam confert. Rectus hic yppodro
mi limes in extrema pte emicíclo frangitur mutatq; faciem
cupſſibus ambitur & tegiť dẽſiore ũbra opatior nigriorq;:

interioribus circulis (ſunt enim plures) puriſſimum diem re cipit. Inde etiam roſas effert. Vmbrarumq; frigus non in grato ſole diſtinguit: finito uario illo multipliciq; curuami ne: recto limite reditur: nec uni huic. Nam uiæ plures in tercedentibus buxis diuiduntur. Alibi pratulum: alibi ip ſa buxus interuenit in formas mille deſcripta. Litteris iter dum quæ modo nomen domini dicunt. modo artificis al ternis metulæ ſurgunt: alternis inſerta ſunt poma: & ĩ ope re urbaniſſimo: ſubita uelut illati ruris imitatio: medium in ſpatium breuioribus utriq; platanis adornatur. Poſt has achantus lubricus & flexuoſus. deinde plures figuræ: plu raq; nomina in capite ſtibadium cãdido marmore uitæ ꝓ tegitur: uitem quatuor columnellæ cariſtiæ ſubeunt: ex ſti badio aqua uelut expreſſa cubantium pondere ſipuntulis effluit. Cauato lapide ſuſcipitur: gracili marmore contine tur: atq; ita occulte temperatur ut impleatur nec redundet guſtatorium grauiorq; cœnatio margini imponitur: leuior nauicularum & auium figuris innatans circuit. Cõtra fons egerit aquam & recipit. Nam expulſa in altum in ſe cadit: iunctiſq; hiatibus & abſorbetur & tollitur. E regione ſtiba dii aduerſum cubiculum tantum ſtibadio reddit ornatus: quantũ accipit ab illo: marmore ſplendet: ualuis inuiridia prominet. Et texit alia uiridia: ſuperioribus atq; inferiori bus feneſtris ſuſpicit deſpicitq;. Mox zetecula refugit qua ſi in cubiculum iddem: atq; aliud: lectulus hic & undiq; fe neſtræ: Eſt tamen limen obſcurum umbra præmente. nam latiſſima uitis per omne tectum inculmen nititur: & aſcen dit. Non ſecus ibi q̃ in nemore iaceas: imbrem tamẽ tanq̃ in nemore nõ ſentias: hic quoq; fons naſcit᷑: ſimulq; ſubdu cit᷑: ſunt quoq; locis pluribus diſpoſita ſedilia e marmore:

quæ ambulatione feſſos:ut cubiculum ipſum iuuant: fonticuli ſedibus adiacent:per totum yppodromum inductis fiſtulis ſtrepunt riui: & qua manus dixit ſequūtur his nūc illa uiridia:nunc hæc: interdum ſimul omnia lauātur. Vitaſſem iam dudum: ne uiderer argutior: niſi propoſuiſſē omnes angulos tecum epiſtola circuire. Neq̧ enī uerebar ne laborioſum eſſet tibi legenti ꝙ præſenti non fuiſſet:præſertim cum interquieſcere:ſi liberet:depoſitaq̧ epiſtola quaſi reſidere ſæpius poſſes. Præterea indulſi amori meo:amo enim quæ maxima ex parte ipſe inchoaui:aut inchoata perſolui: In ſumma. (cur enim non aperiam tibi uel iudicium meum uel errorem:primū ego officium ſcriptoris æſtimo: ut titulum ſuum legat:atq̧ iddētidē interroget aliqd cœperit ſcribere: ſciatq̧ ſi materiæ īmoratur non eſſe longū:longiſſimum ſi aliquid accerſit atq̧ attrahit: uides quot uerſibus Homerus:quot Virgilius:Arma hic æneæ. Achillis ille deſcribit:breuis tamen uterq̧ eſt: quia facit quod iſti tuit: Vides ut aratus minutiſſima etiā ſidera conſectetur: & colliget:modum tamen ſeruat. Non enim excurſus hic eius:ſed opus ipſum eſt. Similiter nos ut parua magnis cōparemus:cum totam uillam oculis tuis ſubiicere conamur ſi nihil inductum & quaſi deuium loquimur. Non epiſtola quæ deſcribit:ſed uilla quæ deſcribitur magna: Verum illuc unde cœpi:ne ſecundum legem meam iure reprehendar ſi longior fuero:in hoc in quo exceſſi: habes cauſas cur ego tuſcos meos:tuſculanis: tiburtinis:preneſtiniſq̧ ꝑponam. Nam ſuper illa quæ retuli:altius ibi otium & piguius eoq̧ ſecurius. Nulla neceſſitas togæ: nemo accerſitor e proximo placida omnia & quieſcentia ꝙ ipſum ſalubritate regionis: ut purius cœlum ut aer liquidior accedit: ibi

animo:ibi corpore ualeo .Nam ſtudiis animũ:uenatu cor-
pus exerceo .Mei quoq; nuſquã ſalubrius degunt:uſq; ad
huc certe neminem :ex iis quos adduxeram mecũ:(uenia
ſit dicto)ibi amiſi : dii modo in poſterũ hoc mihi gaudiũ
hanc gloriã loco ſeruent. Vale

Ius moduſq; loquendi. :vii.

Aius Plinius Caluiſio ſuo.S.Nec heredem iſtitui
nec percipere poſſe rem publicam conſtat.Satur-
ninus autem:qui nos reliquit heredes:quadrãtem rei pub.
noſtræ:deinde quadrante perceptionẽ quadrigentorũ mili
um dedit:hoc ſi uis aſpicias irritum:ſi defuncti uoluntatẽ
ratum & firmum eſt. Mihi autem defuncti uoluntas (uere
or quam in partẽ iuriſconſulti :quod ſum dicturus accipi-
ant)antiquior iure eſt utiq; in eo:ꝙ ad cõmunem patriam
uoluit peruenire:an cui de meo ſextertium ducenties cõtu
li. Huic.cccc.mille paulo amplius tertiam partem ex aduen
titio denegem.Scio te quoq; a iudicio meo non abhorrere
cum eadem rẽ pub.ut ciuis optimus diligas . Velim ergo
cum proxime decuriones contrahentur:quid ſit iuris dicas
parce tamen & modeſte: deinde ſubiungas nos.cccc.milia
dare ſicut præceperit Saturninus:illius hoc munus :illius li
beralitatis nr̃m tñ obſequiũ uocetur:hoc ego ſcriberẽ publi
ce ſuperſedi:primum ꝙ memineram pro neceſſitudine ami
citiæ tuæ:& debere te:& poſſe perinde meis ac tuis ꝑtibus
ſungi .Deinde quia uerebar : ne modum quẽm tibi in ſer
mone cuſtodire facile eſt tenuiſſe in epiſtola non uiderer.
Nam ſermonem :uultus :geſtus: uox ipſa moderatur : epi
ſtola oĩbus cõmendationibus deſtituta:malignitate interꝑ
tantiũ exponit᷑. Vale.

Aius Plinius Capitoni ſuo Salutē. Suades ut hy
ſtoriā ſcribam:& ſuades non ſolus:multi me hoc
ſæpe monuerunt:& ego uolo non quia comode facturum
me eſſe confidam(id enim temere credas niſi expertus)ſed
quia mihi pulchrum in primiſ uidetur:non pati occidere:
quibus æternitas debeatur : aliorumq; famam cum ſua ex
tendere: me autem nihil æque:ac diuturnitatis amor & cu
pido ſolicitat: res homine digniſſima:& præſertim q nulli
us ſibi conſcius culpæ:poſteritatis memoriam non reformi
det: itaq; diebus ac noctibus cogito :ſi qua me quoq; poſ
ſim tollere humo.Id enim uoto meo ſufficit.illud ſupra uo
tum uictorq; uirum uolitare per ora:q̄q̄ eni ſed ſatis eſt ꝙ
prope ſola hyſtoria polliceri uidetur :oratiōi enim & carmi
ni parua gratia:niſi eloquentia eſt ſūma hyſtoria quoquo
modo ſcripta delectat .Sunt enim homines natura curioſi
& quamlibet nuda rerum cognitioni capiuntur:ut quæ ſer
munculis etiam fabelliſq; ducantur:me uero ad hoc ſtudiū
impellit domeſticum exemplum:auunculus meus : idemq;
per adoptionem pater : hyſtorias & quidem religioſiſſime
ſcripſit .Inuenio autem apud ſapientes honeſtiſſimum eſſe
maiorum ueſtigia ſequi :ſi modo recto itinere preceſſerint.
Cur enim cunctor? egi magnas & graues cauſas . Sed has
etiam(ſi mihi tenuis ex iis ſpes)deſtino retractare .ne tan
tus ille labor meus(niſi hoc ꝙ reliquum eſt ſtudii addide
ro)mecum pariter intercidat. Nam ſi rationem poſteriori
tatis habeas:quicquid non eſt peractum: pro non inchoa
to eſt dices: potes ſimul & reſcribere actiones:& cōponere
hyſtoriā:utinam:ſed utrumq; tam magnum eſt:ut abunde
ſit alterum efficere:unde uiceſimo ætatis anno dicere ī foro

cœpi:et nunc demum quid præſtare debeat orator adhuc tamen per caliginem uideo:quid ſi huic oneri nouũ acceſſe rit:habet quidem oratio ex hyſtoria multa communia: ſed plura diuerſa in his ipſis quæ cõmunia uidentur. Narrat illa:narrat hæc: ſed aliter:huic pleraq; humilia & ſordida: & ex medio petita illi omnia recondita ſplendida excelſa conueniunt:hanc ſæpius oſſa:muſculi nerui: illã thori qui dam & quaſi iubæ decent. Hæc uel maxime ui in amaritu dine inſtantia:illa tractu & ſuauitate:atq; etiam dulcedine placet. Poſtremo alia uerba:alius ſonus: alia conſtructio. Nam plurimum refert ut Tucidides ait: inter ſyntagina & anagoniſa:quorum alterum oratio: alterum hyſtoria eſt: ex his cauſis non adducor ut duo diſſimilia:& hoc ipſo di uerſa q̃ maxima confundam:miſceamq; ne tanta quaſi col luuione turbatus ibi faciam quod hic debeo: ſed interĩ mi hi(ne a forenſibus uerbis recedam)aduocandum puto. tu tamen iam nũc cogita: quæ potiſſimum tempora aggredi amur:& uetera:& ſcripta aliis:parata inquiſitio:ſed & one roſa collatio:intacta & noua:graues offenſæ: leuis gratia: præterea ꝙ in tantis uiciis hominum plura culpanda ſunt q̃ laudanda:cum ſi laudaueris:parcus: ſi culpaueris nimius fuiſſe dicaris. Sed hæc me non tardant. Eſt enim mihi pro fide:ſatis animi:illud peto præſtruas ad quod hortaris:eli gaſq; materiã:ne mihi tã ſcribere parato:alia rurſus cuncta tionis & more iuſta ratio naſcatur: Vale:

Litteræ læta & triſtia continentes. :ix.

Aius Plinius Saturnino ſuo. S. Variæ me affecerũt litteræ tuæ. Nam partim læta:partim triſtia conti nebant. Læta ꝙ te teneri in urbe nũtiabant:nollem inquis ſed ego uolo:præterea ꝙ recitaturum ſtatim ut ueniſſem:

pollicebātur:ago grās ꝗ expector. Triſte illud ꝗ iulius ua lens grauiter iacet:q̄ qui ne hoc quidem triſte(ſi illius utili tatibus æſtimetur)q̄ maturiſſime inexplicabili morbo libe rari:illud plane nō triſte ſolum:uerum etiam luctuoſum: ꝗ iulius auitus deceſſit:dum ex quæſtura redit: deceſſit au tem in naui procul a fratre amantiſſimo: procul a matre:a ſororibus. Nihil iſta ad mortuum pertinēt:ſed pertinuerūt cum moriretur:pertinēt ad hos qui ſuperſunt . Iam quidē in flore primo tante indolis iuuenis extinctus eſt: ſumma cōſecuturus:ſi uirtutes eius maturuiſſent:quo ille ſtudiorū amore flagrabat? quātum legit? q̄tum etiam ſcripſit? q̄ nūc omnia cum ipſo ſine fructu poſteritatis abierūt. Sed quid ego indulgeo dolori:cui ſi frena remictas nulla materia nō maxīa eſt:finem epiſtolæ faciam:ut facere poſſim etiā a la-chrimis:quas expreſſit epiſtola. Vale.

Aemulatio uerſuum. .x.

Aius Pli. Antonio ſuo.S. Cū uerſus tuos æmulor: tum maxime q̄ ſint boni experior :ut enī pictores pulchram abſolutamq; faciam raro niſi in peius effingunt ita ego ab hoc archetypo labor & decido: quo magis hor tor ut q̄ plurima proferas quæ imitari oēs cōcupiſcant: ne mo aut pauciſſimi poſſint. Vale.

Editio libellorum tranquilli iuxta permiſſa .xi.

Aius Pli. Tranquillo ſuo.S. Libera tandem ende-caſyllaboꝝ meoꝝ fidē: qui ſcripta tua cōibus ami-cis ſpoponderunt :appellātur quotidie & flagitantur:ac iā periculum eſt ne cogantur ad exhibendum:formulam acci pere:ſum & ipſe in edendo heſitator:tū tamen meā quoq; cunctationem tarditatemq; uiciſti:proinde aut rumpe mo ras:aut caue ne eoſdes iſtos libellos quos tibi endecaſillabi

noſtri blandiciis elicere nõ poſſũt cõuicioſius ſtazontes ex torqueant:perfectum opus abſolutumq; eſt:nec iam ſplen deſcit lima ſed acteritur:patere me uidere titulum tuũ:pate re audire:deſcribi:legi:uenire uolumia trãquilli mei: æquũ eſt nos ĩ amore tam mutuo eandẽ pcipere ex te uoluptatẽ: qua tu perfrueris ex nobis. Vale

Dedicatio porticus. .xii.

Aius Pli. Fabato proſocero ſuo. S. Recepi lr̃as tuas ex quibus cognoui ſpecioſiſſimam te porticum ſub tuo filiiq; nomine dedicaſſe:ſequenti die ĩ portarum ornatum pecuniam promiſiſſe ut initium liberalitatis eſſet con ſumatio prioris:gaudeo primum tua gloria : cuius ad me pars aliqua pro neceſſitudine redundat: deinde ꝙ memori am ſoceri mei pulcherrimis opibus uideo ꝓferri:poſtremo ꝙ patria nr̃a floreſcit:quam mihi a quocũq; excoli iocũdũ: a te uero letiſſimũ ẽ quod ſupeſt deos ṗcor:ut anium iſtũ ti bi:aĩo iſti tp̃s q̃ lõgiſſimũ tribuant:nam liquet mihi futuꝝ ut pacto quod maxime ꝓmiſiſti inchoes aliud. Neſcit enĩ ſemel incitata liberalitas ſtare:cuius pulchritudinẽ uſus ip ſe cõmendat. Vale

Oratio edenda aut continenda ſua .xiii

Aius Pli. Securo ſuo. S. Recitaturus oratiunculam (quam publicaꝛ̃ cogito)aduocaui aliquot paucos: ut uerũ audirẽ(nam hic duplex ratio recitandi:una ut ſoli citudine incendar:altera ut admonear :ſi quid forte me(ut meũ)fallit tuli ꝙ petebam: inueni qui mihi copiam cõſilii ſui facerent : ipſe præterea quædam emẽdanda adnotaui: Emendaui librum:quem miſi tibi:materiam ex titulo cog noſces : Cætera liber explicabit: quem iam nunc oportet ita conſueſcere: ut ſine præfatione intelligatur : tu uelim:

quid de uniuerſo:quid de partibus ſẽtias:mihi ſcribas:ero enĩ uel cautior in cõtinẽdo:uel cõſtantior in edendo ſi huc uel illuc auctoritas tua acceſſerit. Vale.

Euẽtus poſtulationis nepotis .xiiii.

Aius Plinius Valeriano ſuo.S.Tu rogas & ego ꝓmiſi ſi rogaſſes ſcripturum me tibi quem habuiſſet euẽtum poſtulatio nepotis cõtra Tuſculum nomĩatum. Inductus eſt nomĩatus:egit ipſe pro ſe nullo accuſãte: Et enĩ legati uicẽtinoꝝ nõ modo nõ ꝑſſerũt eum :uerũ etiam ſub leuauerũt.ſumma defenſioĩs nõ fidẽ ſibi in aduocatõe:ſed cõſtantiã defuiſſe:deſcẽdiſſe ut actuꝝ atq̃ etiã in curia uiſũ deĩde ſermõibus amicoꝝ receſſiſſe: monitũ.n.ne deſiderio ſenatoris nõ iã q̃ſi de nũdinis:ſed q̃ſi de gr̃a:fama :dignitate certãtiſ:tã ꝑtinaciter ꝑſertim ĩ ſenatu repugnaret:alioqui maiorẽ inuidiã proxĩe paſſurus erat.Sane prius tñ a paucis acclamatũ exeũti:ſubiunxit ꝑces:multũq̃ lachrimaꝝ: quin etiã tota actõe homo in dicẽdo exercitatus operã dedit:ut deꝑcari magis(id.n.et fauorabilius et tutius) q̃ defendi uideret :abſolutus eſt ſnĩa deſignati cõſulis afranii dextri :cuius hæc ſnĩa . Melius qdẽ noĩatum fuiſſe factuꝝ :ſi eãm uicentinoꝝ eodem animo quo ſuſceperat pertuliſſet: quia tamen in hoc genus culpæ nõ fraude incidiſſet. Nihilq̃ dignum animaduerſione admiſiſſe cõuinceretur:liberãdum ita uicentinis ꝙ acceperat redeleret.Aſſenſerũt omẽs ꝑterq̃ lacrinus ĩterdicẽdum ei aduocatõe in q̃nquẽnium cẽſuit . Et q̃uiſ neminẽ autoritate traxiſſet cõſtãter in ſnĩa mãſit:quin etiã deſtꝝ q primus diuerſum cẽſuerat ꝑlata lege de ſenatu hñdo iurar̃ coegit:e re.p.eripuiſſe ꝙ cẽſuiſſet:ui q̃q̃ legitĩe poſtulationi a quibuſdã reclamatum eſt.Exprobrare enim cenſenti ambiguum uidebatur:ſed priuſq̃ ſententiã diceret

Nigrinus tribunus plebis recitauit libellũ diſertũ & grauẽ quo queſtus eſt uenire aduocatioẽs:uenire etiã ꝑuaricationes:in lites coiri:& gloriæ loco poni: ex ſpoliis ciuiũ magnos & ſtatos redditus : recitauit capita legũ: admonuit ſenatuſconſultorũ:in fine dixit petendũ ab optimo prĩcipe: ut quia leges:quia ſenatuſconſulta cõtemnerẽt : ipſe tantis uiciis mederetur:pauci dies:& ecce liber principis ſeuerus: & tamen moderatus:leges ipũm:eſt in publicis actis: q̃ me iuuat ꝙ in cauſis agẽdis nõ modo pactione:dono :munere:uerum etiã xeniis ſemper abſtinut : oportet quidẽ quæ ſunt inhoneſta nõ quaſi illicita ſed quaſi uitanda uitare. Iocundũ tñ ſi prohiberi publice uideas:quod nũq̃ tibi ipſe permiſeris.Erit fortaſſe imo non dubie huius propoſiti mei:& minor laus:& obſcurior fama :cum omnes ex neceſſitate facient:quod ego ſponte faciebam.Interim fruor uoluptate:cum alii diuinũ me alii meis rapinis:meæ auaritiæ occurſum per ludum acceptum dictitant.Vale.

Gaudium Plinii ex collega ſuo. .xv.

Aius Plinius Pontio ſuo .S. Receſſeram in municipium cum mihi nuntiatũ eſt Cornutum tertullũ accepiſſe emiliæ uiæ curam . Exprimere non poſſum quanto ſum gaudio affectus & ipſius & meo nomine: ipſius ꝙ ſcilicet: ſicut eſt ab omni ambitione longe remotus debet tamen ei iocundus honor eſſe ultro datus meo: ꝙ aliquanto magis me delectat:mandatum mihi offert : poſtq̃ par cornuto datum uideo . Neq; enim augeri dignitate q̃ equari bonis gratius. Cornuto autẽ quid melius? quid ſanctius? qd in omni genere laudis:ad exẽplar antiquitatis exꝓſſus? ꝙ mihi cognitũ eſt nõ fama:qua alioq optĩa & meritiſſima fruitur:ſed longius magniſq; experimentis:una diligimus:

una diliximus omẽs fere quos ætas noſtra in utroq; ſexu emulandos tulit: quæ ſocietas amicitiarũ arctiſſima nos fa miliaritate cõiunxit: acceſſit uinculũ neceſſitudinis publicæ: Idẽ.n.mihi (ut ſcis) collega quaſi uoto potitus in præfectu ra erarii fuit & in conſulatu: tum ego qui uir & quantus eſ ſet altiſſime inſpexi: cũ ſequerer ut magiſtrũ: ut parentẽ ue rerer: ꝙ non tã ætatis maturitate q̃ uitæ merebatur: his ex cauſis ut illi ſic mihi gratulor. nec priuatim magis q̃ publi ce tandẽ hoĩes non ad pericula (ut prius) uerũ ad honores uirtute perueniunt. In infinitũ epiſtolã extendam ſi gaudio meo indulgeã: reuertar ad ea quæ me agentem hic nuntius deprehendit. Eram cũ proſocero meo: erã cum amita uxo ris: eram cũ amicis diu deſideratis: circuibã agellos: audie bam multũ ruſticarũ quærelarũ: rationes legebam inuitus: & curſim. Malis enĩ chartis ſum litteris iniciatus: cœperã & iam itineri me præparare. Nam includor anguſtiis cõ meatus: eoq; ipſo quod delegatũ Cornuto audio officium mei admoneor. Cupio te quoq; ſub iddem tẽpus Cãpania tua remictat: ne qs cũ in urbẽ rediero contubernio noſtro dies pereat. Vale.

Mors uirtus laudeſq; puellæ. .xvi.

Aius Plin. Marcellino ſuo. S. Triſtiſſimus hæc tibi ſcribo: Fundani noſtri filia minor defuncta eſt: qua puella nihil unquã feſtiuius amabilius: nec modo longiori uita: ſed pene ĩmortalitate dignius uidi: nondũ ãnos .xiiii. expleuerat: & iã illi anilis prudẽtia: matrõalis grauitas erat & tñ ſuauitas puellaris cũ uirgĩali uerecũdia: ut illa pr̃is cer uicibus ĩherebat: ut nos amicos paternos & amanter & ho neſte cõplectebat᷑: ut nutrices & pedagogos: ut p̃ceptores pro ſuo quemq; officio diligebat q̃ ſtudioſe: q̃ intelligẽter

lectitabat:ut parce cuſtoditeq; ludebat :qua illa temperan-
tia :qua etiam conſtantia nouiſſimam ualitudinem tulit.
Medicis obſequebatur: ſororem partim adhortabatur :ip-
ſamq; ſe deſtitutam corporis uiribus uigore animi ſuſtine-
bat . Durauit hic uſq; ad extremum: nec aut ſpacio ualitu
dinis:aut metu mortis īfractus eſt:quo plures grauioreſq;
nobis cauſas relinqueret & deſiderii & doloris. O triſte pla
ne acerbumq; funus: morte ipſa:mortis tempus indignius
iam deſtinata erat egregio iuueni: iam electus nuptiarū di
es:iam nos aduocati:ꝙ gaudium quo merore mutatū eſt:
non poſſum exprimere uerbis quantū animo uulnus acce-
perim:cum audiui fundanum (ut multa luctuoſa dolor in
uenit)precipientem quod inueſtes margaritas gemmas fu
erat erogaturus:hoc in thura & in unguenta & odores im
penderetur .Eſt quidem ille eruditus & ſapiens:(ut qui ſe
ab īeūte ætate altioribus ſtudiis altiuſq; dediderit)ſed nūc
omnia querit:ſæpe quæ dixit aſpernat̃ expulſis quoq; uir
tutibus:& talis pietas eſt:cuius nos laudaueris :etiam ſi co
gitaueris quid amiſerit: amiſit enim filiam: quæ nō minus
formam oris eius q̃ os uultūq; referebat:totumq; patrē mi
ra ſimilitudine exſcripſerat:proinde ſi quas ad eum de do
lore lr̃as mictes memento adhibere ſolatium: non q̃ſi caſti
gaturū & nimis forte: ſed molle & humanū : ꝙ ut facilius
admictat multū fauet medii temporis ſpatiū: Vt enī crudū
adhuc uulnus medentium manus reformidat: deinde pati
tur atq; ultro requirit:ſic recens animi dolor conſolationes
reicit ac refugit:mox deſiderat & uehementer admotis acq
eſcit Vale.

Modus recitādi. .xvii.

Aius Plinius Spurme ſuo.S. Scio quātopere bonis

artibus faueas: quantũ gaudium capias: ſi nobiles iuuenes dignum aliquid maioribus ſuis faciant: quo feſtinantius nuntio tibi fuiſſe me hodie in auditorio Calphurnii piſonis recitabat tactepigmon eruditam ſane luculentamq; materiam ſcriptæ legis: erat fluentibus uerbis & enodibus ſublimibus etiam ut poſcit locus: altæ enim & uariæ ſentētiæ nunc attollebaſ: nunc reſidebat: excelſa depreſſis: exilia plenis: ſeueris iocunda mutabat: omnia ingenio pari cōmēdabat: hæc uoce ſuauiſſima ac uerecunda: multum ſanguinis: multum ſolicitudīs in ore: magna ornamēta recitātis. Et. n: neſcio quo pacto magis ĩ ſtudiis hoĩes timor q̃ fiducia decet (ne plura) quāq̃ libet plura quo ſunt pulchriora hæc uerecunda recitatione: amabiliora fieri. Multum ac diu exoſculatus adoleſcentem (qui eſt acerrimuſ ſtimulus mouēdi) laudibus incitaui: pergeret qua cœpiſſet: lumenq; quod ſibi maiores ſui prætuliſſent: poſteris præferret: gratulatus ſum optimæ matri & fratri qui in auditorio illo non minorem pietatis gloriam: quā ille alter eloquentiæ retulit: tam notabiliter pro fratre recitante primum metus eius mox gaudium eminuit: dii faciant ut talia tibi ſæpius nuntiem: faueo enim ſæculo ne ſit ſterile effetum: mireq; cupio: ne nobiles noſtri nihil in domibus ſuis pulchrum: niſi ymagines habeant: quæ mihi non hos adoleſcētes tacite laudaſ adhortari (& quod ambor̃ gloriæ ſatis magnum eſt) agnoſcere uidenſ: Vale

Voluptatis fruitio :xviii.

Aius Plinius Macro ſuo Salutem. Bene eſt mihi: quia tibi bene eſt: habes uxorem tecum: habes filium: frueris mari: fontibus: ruribus: agro: uilla amœniſſima. Neq; enim dubito eſſe amœniſſimam in qua

compoſuerat homo fœlicior anteq̄ fœliciſſimus fieret. Ego in tuſcis & uenor & ſtudeo:quæ interdum ſimul facio:nec tamen adhuc poſſum ꝓnuntiare utrum ſit difficilius capere aliquid an ſcribere. Vale:

Laudes in infirmitate & curatione liberti Plinii. .xix.

Aius Pli.Paulino ſuo.S.Vide q̄ molliter tuos habeas:quo ſimplicius tibi confitebor :qua indulgentia meos tractem:eſt mihi ſemp in aīo homericū illud :uti pater ſuauis erat & hoc noſtrū paterfamilias: quod ſi eēm natura aſpior & durior:frangeret me tn̄ īfirmitas liberti mei zoſimi:cui tanto maior hūanitas exhibēda eſt quāto nūc minor uēdibilitas iā agiť:eſt homo ꝓbus:officioſus:litteratus:& ars q̄dem eius & q̄ſi inſcriptio comedus: in q̄ plurimū facit.Nam ꝓnuntiat acriter:ſapiēter:apte:decēter :etiā utitur & cythara perite:ultra q̄ comædo neceſſe ē .Idem tā comode orōnes & hyſtorias & carmīa legit: ut hoc ſolū didiciſſe uideať:hæc tibi ſedulo expoſui quo magis ſcires q̄ multa mihi unus:& q̄ iocūda miſteria pſtaret: accedit iā lōga caritas hoīs:quā ipa picula auxerūt. Eſt.n.natura cōpatū:ut nihil eq̄ amorē incitet & accēdat q̄ carēdi metus: quē ego ꝓ hoc nō ſemel patior.Nā an̄ aliquoſ annos:dū ītente īſtanterq; ꝓnuntiat ſanguinē ꝓiecit:atq; ob hoc in ægiptū miſſus a me poſt longā pegrinationē cōfirmatus redit nup deīde dū per cōtinuos dies impatus uoci ueteris infirmitatis tuſſicula admoueret:rurſus ſanguinem reddit.: qua ex cā deſtinaui eū mictere in pdia tua:q̄ foro Iulii poſſides :audiui.n.te ſæpe referentē eſſe ibi aerē ſalubrē & lac eiuſmodi curatōnibus accomodatiſſimū:rogo ergo ſcribas tuis ut illi uilla & domus pateat :offerant etiam ſumptibus ei ſi quid opus erit.erit aūt opus modico. Eſt.n.parcus & cōtinens:

ut non ſolum delitias uerum etiã neceſſitates ualitudinis: frugalitate reſtringat:ego proficiſcẽti tm̃ uiatici dabo: q̃tũ ſufficiet eunti in tua. Vale.

Oratio Plinii & græcorum eloquẽtia .xx.

Aius Pli. Vrſo ſuo .S. Iterũ bithini breue tempus a iulio baſſo & ruffum uarenũ :quẽ proconſulẽ detu lerunt & a ruffo uareno quẽ aduerſus baſſũ aduocatum :& poſtularant & acceperant ĩducti in ſenatũ inqſitionẽ poſtu lauerunt:tũ uarenus petit : ut ſibi quoq; defenſionis cã uo care teſtes liceret . Recuſantibus bithinis cognitio ſuſcepta ẽ mihi ꝓ uareno nõ ſine euentu :nã bene an male liber iu dicabit:in actionibus.n. utrãq; in ꝑtem fortuna dominat᷑ multũ cõmẽdatõis & detrahit & affert:mẽoria:uox: geſtus tp̃s ip̃m poſtrẽo uel amor uel odiũ rei. Liber offenſis:liber gr̃a:liber & ſecundis caſibus aduerſis caret . Et r̃ndit mihi fonteius magnus unus ex bithinis pluribus uerbis :paucíſ ſimis rebus. eſt pleriſq; græcoꝝ ut euripo copia uolubilis: tã longas:tãq; rigidas periodos uno ſpiritu quaſi torrẽte cõtorquent. Itaq; iulius cãdidus nõ inuenuſte ſolet dicer̃ ali ud eẽ eloquentiã aliud loquentiã. Nam eloquentia uix uni aut alteri :iam non ſumus antonii ut demus nemini : hæc uero quam candidus loquentiã appellat multis atq; etiam impudẽtiſſimo cuiq; maxime contingit . Poſtero die dixit pro uareno homullus:callide:acriter:culte. Cõtra nigrinus p̃ſſe grauiter:ornate. Cenſuit actilius rufus conſul deſigna tus inquiſitionem bithinis dandam:poſtulationem uareni ſilentio præterit: Hæc forma negandi fuit . Cornelius pri ſcus actoribus quæ petebant :& reo tribuit: uicitq; nume ro : impetrauimus rem negligenter comprehenſam:nec ſa tis iuſtam:tamen quaſi iuſtam nõ ſum epiſtola executurus

ut deſideres actionē: nam ſi uerū eſt homericum illud a te prouidēdum eſt mihi ne grām nouitatis & florē quæ orunculam illam uel maxime cōmendant: epiſtolæ loquacitate ꝑteream. Vale.

Baſilicæ deſcenſus Plinii xxi.

Aius Pli. Rufo ſuo. S. Deſcenderā in baſilicā iuliam auditurus: qbus proxima cōpendi natōne reſpōderē debebam: ſedebant iudices cētumuiri uenerant obuerſabantur aduocati ſilentiū longū: tandē a prætore nuntius: dimictunt̃ cētumuiri eximit̃ dies me gaudēte: qui nūq̃ ita paratus ſum ut nō morarer: cauſas dilatōis nepos ꝑtor qui legibus querit: ꝓpoſuerat breue edictū: admōebat accuſatoreſ: admōebat reos executuꝝ ſe: q̃ ſenatuſcōſulto cōtinerentur ſuberat edicto ſenatuſcōſultū hoc oēs: qſqs negociū hēret: iurare priuſq̃ agere iubebant̃: nihil ſe ob aduocatōem cuiq̃ dediſſe: ꝓmiſiſſe: cauiſſe: his. n. uerbiſ ac mille ꝑterea & uenire aduocatōis: eteni uetabatur peractis tñ negociis: ꝓmictebam pecuniā dūtaxat decem miliū dare. hoc facto nepotis cōmotus prætor (qui centūuiralibus præſidet) deliberaturus an ſequeret̃ exemplū inopinatū nobis otium dedit. Interim tota ciuitate nepotis edictū carpitur: laudatur: a multis. Inuenimus qui turbā corrigeret: q añ hunc ꝑtores non fuerunt? quis aūt hic ē: q emēdet publicos mores: alii cōtra rectiſſīe fecit. Initurus magiſtratū: iura cognouit: ſenatuſcōſulta legit: r̃primit nouiſſimas pactōes: rē pulcherrimā turpiſſīe uenire nō patit̃: tales ubiq; ſermōes q tñ alterutrā in partē ex euētu ꝑualebūt: eſt oīo iniquū ſed uſu receptū: qꝓ hoēſta cōſilia uel turpia: ꝓut male aut ꝓſperē cedunt: ita uel ꝓcedunt uel reꝑhendūtur. Inde plerumq; eadē facta modo libertatis: mō furoris nomen accipiūt. Vale.

Caii Plinii epiſtolarum liber ſextus
Deſiderium Plinii ut tyro ueniat .i.

Aius Pli. Tironi ſuo. S. Quãdiu ego trans padũ: tu ĩ piceno minus te requirebã. Poſt q̃ ego in urbe: tu adhuc in piceno multo magis: ex quo ipſa loca in quibus eſſe una ſolemus: acrius me: tui cõmonent: ſeu ꝙ deſideriũ abſentiũ nihil perĩde ac uicinitas acuit: quoq̃ ꝓprius acceſſeris ad ſpẽ fruendi: hoc ĩpacientius cupias: q̇cquid in cauſa: eripe me huic tormẽto: ueni: aut ego illuc unde conſulto properaui reuertar: uel ob hoc ſolum ut experiar an mihi (cũ ſine me Romæ ceperis eſſe) ſimiles his epiſtolas mictas: Vale.

Mors Reguli & uicia. .ii.

Aius Pl. Adriano ſuo. S. Soleo nõnunq̃ in iudiciis quærere meũ regulũ: nolo enĩ dicere deſiderare: cur ego quæro: habebat ſtudiis honorẽ: timebat: pallebat: ſcribebat: q̃uis nõ poſſet dicere illud ĩpum: ꝙ oculũ mõ dextrũ mõ ſiniſtrũ circũlinebat: dextrũ ſi a petitore: alterũ ſi a poſſeſſore eſſet acturus. ꝙ candidũ ſpleniũ in hoc aut illud ſuperciliũ transferebat: ꝙ ſemꝑ auruſpices cõſulebat de actionis euentu: anili ſupſtitione: ſed tñ & magno ſtudiorũ honore ueniebat. tum illa pq̃ iocunda una dicẽtibus ꝙ libera tẽpora petebat: ꝙ auditores corrogabat: quid enim iucũdius q̃ ſub alterius inuidia q̃diu uelis: & in alieno auditorio q̃ſi dep̄henſum cõmode dicere. Sed utcũq̃ ſe habent iſta bene fecit regulus ꝙ eſt mortuus: melius ſi añ: nunc enĩ ſane poterat ſine malo publico uiuere: ſub eo principe ſub quo nocere nõ poterat. Ideo fas eſt nõnunq̃ eum quærere: nã poſt q̃ obiit illa increbruit paſſim & inualuit conſuetudo: binas uel ſingulas clepſidras interdum & dimidias: & dandi &

petendi:nã & qui dicunt egiſſe malunt q̃ agere: qui audiũt finire q̃ iudicare:tanta negligentia:deſidia:tãta deniq; irre uerentia ſtudiorum periculorumq; eſt: an nos ſapientiores maioribus noſtris? nos legibus ipſis iuſtiores? quæ tot ho ras:tot dies:tot cõpendinationes largiuntur:hebetes illi & ſupra modum tardi:nos apertius dicimus: celerius intelli-gimus:religioſius iudicamus:qui paucioribus clepſidris p̃ cipitamus cauſas:quæ diebus explicari ſolebant. M.regu-lus qui ambitiõe ab omnibus obtinebat:cui fidem paucif-ſimi præſtant.Equidem quotiens iudico :quod uel ſæpius facio q̃ dico:q̃tum quis plurimũ tẽporis poſtulat tm̃ do ei qui docet.Temerarium enim exiſtimo diuinare q̃ ſpacioſa ſit cauſa inaudita:tempuſq; negocio finire: cuius modũ ig-nores:præſertim cũ prima religionis ſuæ iudex pacientiã debeat:quæ ps magna iuſtitiæ eſt:at quædã ſupuacua dicũ tur etiã:ſed ſatius eſt & hæc dici:q̃ non dici neceſſaria :præ terea an ſint ſuperuacua niſi cum audieris:ſcire non poſſis Sed de his melius corã:ut de pluribus uiciis ciuitatis. nam tu quoq; amore cõmuniũ ciuiũ ſoles emendari cupere:quæ iã corrigere difficile eſt:nunc reſpiciamus noſtra: & qd oĩa in tuis recte:in meis noui nihil:mihi aũt & gratiora ſũt bo na q̃ p̃ſeuerant:& leuiora incõmoda:ſed aſſueui: Vale.

Agellus nutrici donatus colendus .iii.

Aius Pli. Vrſo ſuo.S.Gratias ago q̃ agellum quẽ nutrici meæ donauerã.colendũ ſuſcepiſti.& erat cũ donarem centũ milium nummũ:poſtea decreſcẽte redditu etiã preciũ minuit:quod nunc te curante rep̃abit:tu modo memieris cõmendari tibi a me nõ arbores & terrã(q̃q̃ hæc quoq;)ſed munuſculũ meũ quod eẽ q̃fructuoſiſſimũ: non illius magis itereſt:q̃ accepit q̃ mea qui dedi. Vale.

Excuſatio Pl. nō ſubſequētis inualidam .iiii.

Aius Pli. Calpurniæ ſuæ. S. Nunquā ſum magis de occupationibus meis queſtus: quæ me nō ſunt paſſæ: aut proficiſcentem te ualitudinis cauſa in campaniā perſequi: aut perfectam e ueſtigio ſubſequi: Nunc enim precipue ſimul eſſe cupiebam: ut oculis meis crederem: quid uiribus: quid corpuſculo acquireres: & qui deniq; ſeceſſus: q̄ uoluptates regioīs: quæ abundantiā inoffenſam tranſmicteres. Equidem etiam fortem te nō ſine cura deſiderarem: eſt enim ſuſpenſum & anxiū de eo: quē ardentiſſime diligas: īterdum nihil ſcire: nunc uero me: cum abſentiæ: tum infirmitatis tuæ ratio: incerta & uaria ſolicitudine exterret: uereor omnia: queq; natura metuentium eſt: ea maxime mihi. quæ abhominor fingo quo impenſiuſ rogo ut timori meo quotidie ſingulis uel etiam binis epiſtolis cōſulas. Ero enī ſecurior dū lego ſtatimq; timebo cū legero. Vale.

Cōtumeliæ inter celſum & nepotē. v.

Aius Pli. Vrſo ſuo. S. Scripſeram tenuiſſe uarenū. ut ſibi euocare teſtes liceret: quod plurimū æquum quibuſdam iniquū: & quidē ꝑtinax uiſum maxime licinio nepoti qui ſequenti ſenatu: cū de rebus aliis referret: de ꝓximo ſenatuſconſulto diſſeruit. Finitamq; cauſam retractauit. addidit etiam petendū a conſulibus ut referrent ſub exemplo legis ambitus de lege repetundaꝝ an placeret in futuꝝ ad eandem legem adiici. ut ſicut accuſatoribus inquirēdi ita reis teſtibuſq; denūtiandi poteſtas ex ea lege eſſet ita reis quoq; fieret fuerunt q̄bus hæc eius oratio ut ſera ut intempeſtiua. ut prepoſtera diſpliceret quæ omiſſo contradicendi tempore caſtigaret per actū cui potuiſſet occurrere. Iuuentius q̄dem celſus p̄tor tanq̄ emendatorem ſenatus &

multis & uehemẽter increpuit:reſpõdit nepos :rurſuſq; celſus: Neuter cõtumeliis temperauit:nolo referre que dici ab ipſis moleſte tuli.quo magis quoſdam e numero noſtro ĩprobaui:qui modo ad celſum:modo ad nepotẽ prout hic uel ille diceret cupiditate audiẽdi curſitantes & nunc quaſi ſtimularẽt & accederent:nunc quaſi reconſiliarent cõponerentq; frequentius ſingulis:ambobus:interdũ propitiũ cæſarem:ut in ludicro aliquo p̃cabantur:mihi quidẽ illud etiam peracerbum fuit q̄ ſunt alter alteri quid parent indicati. Nam ut celſus nepoti ex libello reſpondit ita celſo nepoſ ex pugillaribus tanta loquacitas amicoꝝ:ut hoĩes iurgaturi id ip̄m inuicẽ ſcirẽt tanq̃ cõueniſſent. Vale.

Solicitudo Pli.in habẽdo ſocio in collocando.n. .vi.

Aius Pli.Fundano ſuo.S.Si quando: nunc præcipue cuperem eſſe te Romæ:ut ſis rogo opus eſt mihi:uoti:laboris:ſolicitudinis ſocio:petit honores Iulius naſo:petit cum multis:cum bonis:quos ut glorioſum :ſic eſt difficile ſuperare.Pendeo ergo & exerceor ſpe :afficior metu:& me conſularem eſſe nõ ſentio.rurſus mihi uideor omnia quæ decucurri :candidatus mereť:hãc curam lõga mei caritate.Eſt mihi cũ illo nõ ſane paterna amicitia(neq; enĩ eẽ potuit p meam ætatẽ)ſolebat tñ uix dum adoleſcentulo mihi pater eius cũ magna laude mõſtrari:erat nõ ſtudiorũ tm̃. Verũ etiã ſtudioſorũ amantiſſimus:ac ꝓprie quotidie ad audiẽdos:quos tunc ego:frequẽtabat:q̄ntilianũ niceam ſacerdotẽ:uentitabat uir alioqui clarus & grauis:& qui pro deſſe filio memoria ſui debeat . Sed multi nunc in ſenatu: q̄bus ignotus ille multi q̄bus notus.ſed nõ niſi uiuẽtis r̃ue rẽter quo magis huic(omiſſa gloria p̃ris :in qua magnum ornamentũ)gr̃a infirma ipſi enitendũ:ipſi elaborandũ eſt:

ꝙ quidẽ ſemper quaſi prouideret hoc tempus ſedulo fecit parauit amicos quos parauerat coluit: me certe ut primum ſibi ætas iudicare pmiſit: ad amorem imitationẽq; delegit: dicente mihi ſolicite aſſiſtit: aſſidet recitanti: primus etiã & tum maxime naſcentibus opuſculis meis intereſt nũc ſolus ante cum patre: cuius nuper amiſſi ego ſuſcipere ptes: ego uicẽ debeo implere. Doleo enĩ & illum in matura morte indigniſſime raptũ. & hunc optimi patris adiumento deſtitutum: ſoliſq; amicis relictũ: quibus ex cauſis exigo ut uenias & ſuffragio meo tuũ iungas: permultũ intereſt mea te oſtẽtare & tñ circuire: ea eſt autoritas tua ut putẽ me efficatius tecũ etiã meos amicos rogaturũ. Abrũpe ſi qua te retinent hoc tẽpus meũ: hoc fides hoc etiã dignitas poſtulat. Suſcepi candidatũ: & ſuſcepiſſe me notũ eſt. Ego ambio: ego periclitor: in ſũma ſi datur Naſoni quod petit illius honor: ſi negatur mea repulſa eſt. Vale.

Amor reciprocus Pli. & Calphurniæ. .vii.

Aius Plí. Calphurniæ ſuæ. S. Scribis te abñtia mea nõ mediocriter affici: unũq; habere ſolaciũ: ꝙ ꝓ me libellos meos teneas: ſæpe. n. in ueſtigio meo colloces gratũ: ꝙ his fomẽtis acquieſcis: inuicem ego epiſtolas tuas lectito: atq; idẽtidem ĩ manus quaſi nouas ſumo: ſed eo magis ad deſideriũ tui accendor. Nã cuius litteræ tantũ habẽt ſuauitatis: huius ſermonibus q̃tũ dulcedinis ineſt: tu tñ frequẽtiſſie ſcribe: licet hoc me ita delectet ut torqueat. Vale.

Preces ꝓ attilio ſibi amico ſup debito ſibi ſoluẽdo .viii.

Aius Plí. Priſco ſuo. S. Attiliũ creſcentẽ & noſti: & amas: quis enĩ illo ſpectatior paulo: aut non nouit aut non amat hunc ego nõ ut multi ſed arctiſſime diligo: oppida noſtra unius diei itinere dirimunť ipſi amare ĩuicẽ

cum eſt flagrantiſſimus amor adoleſcentuli cœpimus :manſit poſtea hic neqꝫ frixit iudicio ſed inualuit : ſciunt qui alterutrum noſtrum familiarius intuentur.Nam & ille amicitiam meam latiſſima prædicatione circumfert : & ego p̄ me fero quantæ ſit mihi curæ:modeſtia quies ſecuritas eius:q̄n etiam cū inſolentiam cuiuſdam tribunatū plebis inituri ueretur:idqꝫ indicaſſet:mihi reſpondi nemo uiuēte me: quorſus hæc:ut ſcias non poſſe attilium incolumi me iniuriam accipere:iterum dices:quorſus hæc:debuit ei pecuniam Valerius uarus:huius eſt heres maximus noſter:quem & ipſe amo:ſed coniunctius tu.Rogo ergo exigo etiam pro iure amicitiæ cures ut attilio meo ſalua ſit:non ſors modo:ueꝝ etiam uſura plurium annorū:homo eſt alieni abſtinentiſſimus ſui diligens:nullis quæſtibus ſuſtinetur :nullus illi eſt ex frugalitate redditus. Nam ſtudia quibus plurimū præſtat:ad uoluptatem tantū & gloriā exercet : & grauis eſt ei uel minima iactura:& quia reparare quod amiſerit grauius exime hunc illi:exime mihi hunc ſcrupulū:ſine me ſuauitate eius:ſine leporibus perfrui.Neqꝫ enī poſſū triſtē uidere: cuius hilaritas me triſtē eſſe non patitur. In ſumma noſti facecias hoīs quas uelī intendas:ne in bilem uel amaritudinem uertat iniuria:quā uim habeat offenſus:crede eā :quā in amore habet:nō feret magnū & liberū ingeniū:cum contumelia damnū:uerū ut ferat ille ego meū damnū meā contumeliā iudicabo:ſed nō tanq̄ pro mea:hoc eſt grauius iraſcar q̄q̄ quid denuntiatioībus & quaſi nimis ago:quin potius ut cœperam rogo:oro des operā ne ille ſe(quod ualidiſſime uereor)a me:ego me neglectū a te putē: dabis aūt ſi hæc ꝑinde cura eſt tibi:q̄ illud mihi. Vale.

Comēdatio Iulii Naſonis. .ix.

Aius Pl. Iacinto ſuo Salutē. Comēdas mihi iulium Naſonem candidatum. Naſonem mihi? Quid ſi meipſum? fero tamē & ignoſco? eūdem enī cōmendaſſem tibi: ſi te Romæ morante ipſe abfuiſſem: habet hoc ſolitudo ꝙ omnia neceſſaria putat: tu tn̄ cenſeo alios roges: ego p̄cū tuarū miniſter adiutor p̄ticeps ero. Vale.

Monumentū Ruffi uirginei. .x.

Aius Pli. Albino ſuo Salutē. Cū ueniſſem ī ſocrus meæ uillam alſiēſem: quæ aliquando ruffi uirginei fuit: ipſe mihi locus optimi illius & maximi uiri deſideriū: nō ſine dolore renouauit: hūc. n. in calore ſeceſſū: atq̧ & ſenectutis ſuæ nidulū uocare cōſueuerat quocūq̧ me cōtuliſſem: illū aīmus: illū oculi requirebant: libuit etiam monumētum eius uidere: & uidiſſe poenituit: eſt. n. adhuc īperfectū nec difficultas operis in cauſa modici: ac potius exigui. ſed inertia eius: cui cura mandata eſt: ſubit īdignatio cū miſeratione: poſt decimū mortis annū reliquias neglectūq̧ cinerē ſine noīe iacere: cuius mēoria orbē terrarū gloria peruagetur: at ille mandauerat caueratq̧ ut diuinū illud etiam īmortale factū uerſibus īſcriberetur. Hic ſitus eſt Ruffus pulſo q̄ iudice quōdam. imperium aſſeruit nō ſibi ſed patriæ: Tam rara in amicis fides tam parata obliuio mortuorū: Vt ipſi nobis debeamus etiā cōditoria extruere: oīaq̧ heredū officia præſumere. Nam cui non eſt uerendū quod uidemus accidiſſe uirgineo: cuius īiuriam: ut indigniorē ſic etiam notiorē ipſius claritas fuit. Vale.

Sciētia & laus duorū iuuenū. .xi.

Aius Plinius Marino ſuo Salutē. O diē lætū adhibitus in conſilium a p̄fecto urbis: audiui ex diuerſo agētis: ſummæ ſpei: ſūmæ indolis iuuenes: fuſcū ſalinatorē

& uinidiũ quadratũ:egregiũ par non modo tẽporibus noſtris:ſed lr̃is ipſis ornamento futurũ:mira utriuſq; ꝓbitas. conſtantia ſalua:decorus habitus: os planum: uox uirilis. tenax memoria:magnũ ĩgenium:iudicium equale:quæ ſingula mihi uoluptati fuerũt:atq; inter hæc illud ꝙ me:ut rectorem ut magiſtrũ intuebantur:& qui audiebant me emulari:meis inſtare ueſtigiis uidebãtur:o diem (repetam enĩ) lætum:notandũq; mihi cãdidiſſimo calculo :quid enĩ aut rei pub.lætius:q̃ clariſſimos iuuenes nomen & famã ex ſtudiis petere:aut mihi optatius:q̃ me ad recta tendẽtibus q̃ſi exemplar eſſe propoſitũ: ꝙ gaudiũ ut perpetuo capiã:deoſ oro:ac eoſdẽ teſtes peto:ut oĩs qui me imitari tãti putabũt meliores eſſe q̃ me uelint. Vale.

Defenſio Priſci & paciẽtia Plĩ. .xii.

Aius Pli. Fabato proſocero ſuo Salutẽ. Tu uero nõ debes ſuſpenſa manu comẽdare mihi quos tuẽdos putas:nam & te decet multis prodeſſe:& me ſuſcipere quicquid ad curã tuam pertinet. Itaq; betico priſco q̃tum plurĩmum potuero præſtabo:præſertim in harena mea. Hoc eſt apud centumuiros: epiſtolarũ quas mihi ut ais aperto pectore ſcripſiſti:obliuiſci me iubes:at ego nullarum libẽtius memini:ex illis enĩ uel precipue ſentio q̃topere me diligas cum ſic egeris mecum ut ſolebas cum tuo filio:nec diſſimulo:hoc mihi iocundiores eas fuiſſe:ꝙ habebam bonam cauſam:cũ ſummo ſtudio curaſſem ꝙ tu curari uolebas :proinde etiam rogo:ut mihi ſemper eadem ſimplicitate quotiẽs ceſſare uidebor(nũquã enĩ ceſſabo)cõuitiũ facias:ꝙ & ego intelligã a ſummo amore ꝓficiſci:& tu nõ meruiſſe me gaudeas. Vale.

Donatio ſeruãda Vareno. .xiii.

Aius Plinius Vrſo ſuo Salutem . Vnquã ne uidi
ſti quemquã tam laborioſum tam exercitum quã
Varenum meum:cui quod ſumma contentione impetraue
rat:defendendum & quaſi rurſus petendum fuit: Bitini ſe-
natuſconſultum apud conſules carpere ac labefactare ſunt
auſi :atq; etiam abſentem principem criminari :ab illo ad
ſenatum remiſſi non deſtiterunt . Egit Claudius capito
irreuerenter magis q̃ conſtanter : ut qui ſenatuſconſultum
apud ſenatum accuſaret. Reſpondit frontocatius grauiter
& firme : ſenatus ille mirificus . Nam illi quoq;: qui prius
negarant Vareno quæ petebat:eadem danda:(poſtquam
erant data)cenſuerunt . Singulos enim integrare diſſenti-
re fas eſt : peracta quod pluribus placuiſſet cunctis tuen-
dum: Attilius tantum rurſus & cum eo ſeptem:An octo?
ſeptem immo in priori ſententia perſeueraret : in hac pau
citate nonnulli:(quorum temporalis grauitas : uel potius
grauitatis imitatio ridebatur). Tu tamen æſtima: quãtum
apud nos in ipſa pugna certaminis maneat : cuius quaſi p̃
luſio atq; præcurſio has contentiones excitauit. Vale.

Profectio Plinii in Formianum. .xiiii.

Aius Plinius Maurico ſuo Salutem. Solicitas me
in Formianum ueniam ex conditione ne quid cõ
tra comodum tuum facias : qua pactione inuicem mihi ca
ueo . Neq; enim mare & litus ſed te:otium & libertatem ſe
quor: alioqui ſatius eſt in urbe remanere . Oportet enĩ om
nia:aut ad alienum arbitrium :aut ad ſuum facere:mei cer
te ſtomachi hæc natura eſt :ut nihil niſi totum & merum
uelit. Vale.

Inſanitas Priſci. .xv.

Aius Pli. Romano ſuo Salutẽ. Mirifice rei nõ inter

fuiſti ego quidem:ſed ad me recẽs .Paſſenius Paulus ſplendidus eques Romanus & in primis eruditus ſcribit elegas (gentilitiũ hoc illi:eſt.n.municeps ꝓpertii :atq; etiam ĩter maiores ſuos ꝓpertiũ nũerat)is cũ recitaret ita cœpit dicer̃ priſce iubes:ad hoc iauolenus priſcus.(aderat eni ut paulo amiciſſimus)ego uero nõ iubeo:cogita qui riſus hominum q ioci:quotiẽs eſt oĩno priſcus haud dubiæ ſanitatis ĩterẽ: tñ officiis adhibitus conſiliis:atq; etiam ius ciuile publice reſpõdet:quo magis quod tũc fecit: & ridiculũ & notabile fuit:interĩ paulo aliena deliratio aliq̃tũ frigoris attulit:tã ſolicite recitaturus prouidẽdum eſt:nõ ſolum ut ſint ipſi ſani. uerũ etiã ut ſanos adhibeant. Vale.

Mors auunculi Plinii. .xvi.

Aius Pl. Tacito ſuo.S. Petis ut tibi auũculi mei exitũ ſcribã:quo uerius trader̃ poſteriſ poſſis:gr̃as ago Nã uideo morti eius(ſi celebret̃ a te)ĩmortalẽ gloriã eẽ ꝓpoſitã:q̃uis.n.pulcherrimaꝝ clade terraꝝ exẽplo:ut populi ut urbes memorabili caſu: q̃ſi ſemp̱ uicturus occiderit q̃uis ipſe pluria ſcripſerit tñ ꝑpetuitati eius ſcriptorũ tuorũ eternitas addet.Equidẽ beatos puto:q̃bus deoꝝ munere datũ eſt:aut facere ſcribẽda:aut ſcribere legenda: btiſſimos uero q̃bus utrũq; hoꝝ in numero auũculus meus: & ſuis libris: & tuis erit:quo libẽtius ſuſcipio:depoſco etiã quod ĩiungiſ Erat miſeni claſſẽq; impio p̃ſens regebat:nouẽbriſ Kalẽdas hora fere ſeptĩa mr̃ mea indicat ei apparere nubẽ inuſitata & magnitudine & ſpẽ:ſurgit ille ſole:mox frigida guſtauerat iacẽs:ſtudebatq;:popoſcit ſoleas:aſcẽdit locum ex quo maxime miraculũ illud cõſpici poterat :nubes & incertum procul intuentibus ex quo mõte(ueſuuiũ fuiſſe poſtea cognitũ eſt)oriebat̃:cuius ſimilitudinẽ & formã nõ alia magis

Capiendum 8

Aius Pl. Saturnino ſuo. S. Reqris qd agã: qd noſti diſtingor officio: amicis deſeruío: ſtudeo ĩterdũ qđ nõ ĩter dũ: ſed ſolũ ſempq̧ facere nõ audeo dicere: ut rectius: certe beatius erat: te oĩa alia (q̃ quæ uelim) ager̃ moleſte ferrẽ niſi ea q̃ agis eſſent honeſtiſſima. Nam & rei. p. ſuæ negocia curare & diſceptare ĩter amicos laude digniſſimũ eſt: priſci noſtrí cõtuberniũ iocũdũ tibi futuꝝ ſciebam: nouerã ſimplicitatẽ eius: noueram comitatem eũdem eſſe (quod minus noram) gratiſſimũ experior: quẽ tam iocũde officioꝝ noſtrorum meminiſſe ſcribas. Vale.

Neceſſitudo Caleſtrii & Pli. & liberatio maũmiſſoꝝ .xvi:

Aius Pli. Fabato ſuo. S. Caleſtriũ tyronẽ familiariſſime diligo: & priuatis mihi & publicis neceſſitudinibus implicitũ: ſimul militauimus: ſimul quæſtores cæſaris fuimus: ille me in tribunatu liberoꝝ iure præceſſit: Ego illũ in ꝑtura ſum cõſecutus: cũ mihi cæſar annum remiſiſſet ego in uillas eius ſæpe ſeceſſi: ille ĩ domo mea ſæpe cõualuit: hic nũc ꝓconſul ꝓuintiã bethicam ꝑ Ticinũ ẽ petiturus ſpero ĩmo confido facile me ĩpetratuꝝ: ex ĩtinere deflectat ad te: ſi uoles uĩdicta liberare quos ꝓxime ĩter amicos manumiſiſti: nihil ẽ ꝙ uerearis ne ſit hoc illi moleſtũ: cui orbẽ terraꝝ circuire nõ erit longũ mea cauſa proĩde nimiam iſtã uerecundiam pone: teq̧ quid uelis conſule: illi tam iocũdũ q̃ mihi quod tu iubes. Vale.

Recitanda oratio. .xvii.

Aius Pli. Celeri ſuo. S. Sua cuiq̧ ratio recitandi mihi (quod ſæpe iam dixi) ut ſi qd me fugit: ut certe

me fugit admonear : quo magis admiror: ꝙ ſcribis fuiſſe quoſdã qui rep̄henderent:ꝙ orõnes oĩo recitarẽ: niſi uero has ſolas nõ putant emendandas:a quibus libenter reꝗſierim cur cõcedant:ſi concedunt tñ hiſtoriam debere recitari:quæ nõ oſtentationi ſed fidei ueritatiq; cõponitur :cur tragædiam quæ non auditoriũ ſed ſcenam & actorẽ:cur lyrica:quæ non lectorẽ ſed chorũ & lyram poſcunt: at horũ recitatio uſu iã recepta eſt:num ergo culpandus eſt ille qui cœpit:q̃q̃ orõnes & noſtri quidẽ & græci lectitauerunt: ſuperuacuum tamen eſt recitare quæ dixeris :etiam ſi eadem oĩa ſi iſdem oĩbus ſtatim recites:ſi uero multa inferas:multa cõmutes:ſi quoſdam tuos:quoſdam eoſdẽ:ſed poſt tempus aſſumas:cur minus probabilis ſit cauſa recitandi q̃ dixeris q̃ edẽdi:ſed difficile eſt:ut orõ dũ recitat᷑ ſatiſfaciat:Iã hoc ad laborem recitantis ꝑtinet non ad rõnem nõ recitãdi:nec uero ego dũ recito laudari:ſed dũ legor cupio : itaq; nullũ emendandi genus omicto:nunc primum quæ ſcripſi mecũ ipſe ꝑtracto:deĩde duobus aut tribus lego:mox aliis trado adnotanda:notaſq; eoꝝ ſi dubito cũ uno rurſus:aut altero penſito:nouiſſĩe pluribus recito:ac ſi q̄d mihi credis tũc acerrime emẽdo:nã tanto diligẽtius :q̃to ſolicitius intẽdo:optime aũt reuerẽtia:pudor:metus: indicãt . Idq; adeo ſic habe nõne ſic locuturuſ eẽs cũ aliquo q̃libet docto uiro tñ:minus cõmoueris q̃ cũ multis uel ĩdoctis:nõne cũ ſurgis ad agendũ tunc maxĩe tibi ĩpi diffidis:tunc cõmutata non pluria ſed oĩa cupis:utiq; ſi latior ſcena & corona diffuſior nã illos quoq; ſordidos pullatoſq; reueremur:nõne ſi prĩa q̃q; ĩprobari potes debilitaris & cõcidis:opinor q̄a in numero ipſo ẽ quodã magnũ collatũq; cõſilium: q̄buſq; ſingulis iudicii paꝝ:oĩbus plurimum . Itaq; pomponius ſecundus

ſcriptor tragediaꝝ:ſi qd forte familiarior amicus tollendū: ipſe retinēdum arbitrareť:dicere ſolebat ad populū ꝓuoco: atq; ita ex populi uel ſilētio uel aſſenſu:aut ſuā aut ami ſen tentiā ſeqbať:tm̄ ille populo dabat:recte an ſecus:nihil ad me:ego.n.nō populum aduocař ſed certos electoſq; ſeleo: quos ītuear:qbuſ credam:quos deniq; tanq̄ ſingulos obſer uē:& tanq̄ nō ſingulos timeā:nā ꝙ.M.Cicero de ſtilo:ego de metu ſentio:timor ē emēdator aſperrimus:hoc ipſum ꝙ nos řcitaturos cogitamus emēdat ꝙ auditoriū īngredimur emēdat:ꝙ pallemus horreſcimus circūſpicimus emēdat: ꝓ inde nō pœnitet me cōſuetudīs meæ q̄ utiliſſimā experior: adeoq; nō deterreor ſermunculis iſtoꝝ:ut ultro te rogem: mōſtres aliqd:ꝙ his addā:nihil.n.curæ meæ ſatis ē:cogito q̄ ſit magnum dare aliqd in manus hominum:nec perſua dere mihi poſſum:non & cum multis & ſæpe tractandum quod placere & ſemper & omnibus cupias.Vale.

Epulo oblata pecunia. .xviii.

Aius Pl.Caninio ſuo.S.Deliberas mecū quēadmo dū pecunia quā municipibus nrīs in epulū obtuliſti poſt te quoq; ſalua ſit honeſta cōſulatio:nō expedita ſnīa: numeres rei.p. ſnīam:uerēdū ē ne dilabať de ſacro ut pub lica negligunť:equidē nihil comodius īuenio q̄ ꝙ ipſe feci nā qngētis milibus nummū(q̄ in alimēta īgenuoꝝ ꝓmiſe ram)agꝝ ex meis lōge pluris autoritate publica mācipaui eundē uectigali īpoſito řcepi:tricena milia annua daturus: ꝑ hoc.n.& rei.p.ſors ī tuto:nec redditus īcertus:& ager ip ſe:ꝓpter id quod uectigali large ſupcurrit:ſemꝑ dominū a quo exerceať īueniet:nec ignoro me plus aliq̄to:q̄ donaſſe uideor erogauiſſe: cum pulcherrimi agri ꝑcium neceſſitas uectigalis infregerit ſed optet priuatis utilitatibus publicas

mortalibus eternas anteferre : multoq; diligentius muneri
ſuo conſulere q̃ facultatibus. Vale.

Valitudo fanniæ & uirtutes. .xix.

Aius Plin. Priſco ſuo. S. Angit me fanniæ ualitudo
quã cõtraxit dũ aſſidet Iuniæ uirgini ſpõte: primũ
ꝙ ẽ affinis: deĩde etiã ex auctoritate põtificũ: nã uirgĩes cũ
ui morbi ex atrio ueſte coguntꝰ exceder̃ matronaꝝ cure cu
ſtodieq; mandantꝰ: quo munere fannia cũ ſedulo fungitur:
hoc diſcrimine ĩplicita ẽ inſidẽs febris: tuſſis: hic chrelis ſũ-
ma macies: ſũma defectio: aĩmus tm̃ & ſpũs uiget: heluidio
marito Traſea pr̃e digniſſimus: reliq̃ labũtꝰ: meq; nõ metu
tm̃: ueꝝ etiã dolor̃ conficiũt: doleo. n. fœminam maximam
eripi oculis ciuitatis: neſcio an aliqd ſimile uiſurus : q̃ caſti-
tas illi: q̃ ſanctitas: q̃ta grauitas: q̃ta cõſtantia bis maritũ ſe
cuta in exiliũ eſt: tertio ipſa ꝓpter maritũ relegata. Nam cũ
ſenetio reus eẽt. ꝙ de uita heluidii libros cõpoſuiſſet: roga
tũq; ſe a fannia in defenſione dixiſſet: q̃rente minaciter me
tio caro an rogaſſet: reſpõdit rogaui: an cõmentarios ſcrip
turo dediſſet dedi: an ſciẽte mr̃e neſciẽte: poſtremo nullam
uocẽ cedentẽ ꝑiculo emiſit: qn etiã illos ipſos libros: q̃q̃ ex
neceſſitate & metu tẽpoꝝ abolitos ſenatuſcõſulto : publica
tis bonis ſeruauit: habuit: tulitq; in exiliũ exilii cãm: eadẽ q̃
iocunda: q̃ comis: q̃ deniq;: quod paucis datũ : non minus
amabilis q̃ uerecũda erat: ne quã poſtea uxoribus noſtris
oſtẽtare poſſimus: erit a q̃ uiri quoq; fortitudis exempla ſu
mamus: quã ſic cernẽtes audiẽteſq; miremur : ut illas q̃ legũ
tur: ac mihi domus ipa nutare cõuulſaq; ſedibus ſuis ruitu
ra ſupra uideretꝰ: licet adhuc poſteros habeat: quãtis. n. uir
tutibus: quantiſq; factis aſſeq̃rentur ut hæc nõ nouiſſia oc
ciderit me qdẽ illud etiam affligit & torquet: ꝙ mr̃em eius

illam (nihil poſſũ illuſtrius dicere) tantæ fœminæ matrem. rurſus uideor amictẽr quam hæc ut redit ac r̃fert nobis: ſic aufert ſecum: meq; & nouo p̄iter & reſciſſo uulnere afficiet: utranq; colui: utranq; dilexi. utrã magis neſcio nec diſcerni uolebant: habuerũt officia mea in ſecũdis habuerũt ĩ aduerſis: ego ſolatiũ relegatorꝝ: ego ultor reuerſarꝝ: nõ feci tñ paria: atq; eo magis hanc cupio ſeruari: ut mihi ſoluẽdi tp̃a ſuꝑſint. In his. n. erã curis: cũ ſcriberẽ ad te: q̃ ſi deus aliq̃s in gaudium uertit de metu non querat. Vale.

Viciſſitudo amoris. .xx.

Aius Pl. Tacito ſuo. S. Librꝝ tuũ legi: & q̃ diligẽtiſſime potui adnotaui q̃ cõmutanda quæ eximẽda arbitrarer. Nam & ego uerꝝ dicere aſſueui: & tu libẽter audir̃ neq;. n. ulli paciẽtius reꝑhendunt̃: q̃ qui maxĩe laudari merent̃: nũc a te librꝝ meũ cũ annotatõibus tuis expecto: o iocundas: o pulchras uices: q̃ me delectat: ꝙ ſi q̃ poſteris cura nr̃i: uſq; quaq; narrabit̃: q̃ cõcordia: ſimplicitate fide uixerimus: erit rarꝝ: inſigne: duos hoĩes ætate & dignitate prope modũ equali nõ nullius in lr̃is nõis (cogor de te quoq; parcius dicer̃ qa de me ſimul dico) alterꝝ alterius ſtudia fouiſſe. Equidẽ adoleſcẽtulus cũ iam tu fama gloriaq; floreres te ſeq̃ tibi lõgo ſed ꝓximus ĩteruallo & eſſe & haberi concupiſcebã: & erant multa clariſſĩa ĩgenia: ſed tu mihi (ita ſimilitudo naturæ ferebat) maxĩe imitabilis: maxĩe imitãdus uidebaris: quo magis gaudeo: ꝙ ſi q̃s de ſtudiis ſermo una noĩamur: ꝙ ego de te tu de me loquẽtibus ſtatim occurris nec deſũt q̃. utriq; nr̃m ꝑferant̃: ſed nos (nihil ĩtereſt mea) quo loco iungimur: nam ĩ hoc primus q̃ a te ꝓximus: qn etiã in teſtamẽtis debes adnotaſſe: niſi q̃s forte alterutri noſtrꝝ amiciſſimus: quæ oĩa huc ſpectant: ut inuicẽ ardentius

diligamus:cũ tot uinculis nos ſtudia:mores: fama:ſupma
deniq; hominum iudicia conſtringant. Vale.

Oculorum infirmitas Pli. eorumq; curatio. .xxi.

Aius Pli. Cornuto ſuo. S. Pareo collega cariſſime &
īfirmitati oculorũ (ut iubes) cõſulo : nã & huc tecto
uehiculo undiq; īcluſus q̃ſi in cubiculo pueni: & hic non ſti
lo mõ: uerũ etiã lectióibus difficulter: ſed abſtineo ſoliſq; au
ribus ſtudeo: cubicula obductis uelis opaca: nec tñ obſcura
facio: criptoporticus quoq; adoptis īferioribus feneſtris tm̃
umbræ q̃tũ lumĩs habet: ſic paulatĩ lucẽ ferre condiſco: bal
neũ aſſumo & pdeſt: unũ nõ nocet : pciſſime tñ ita aſſueui
& nũc cuſtos adheſi gallinam ut a te miſſam libẽter accepi
quã ſatis acribus oculis : q̃q̃ adhuc lippus pĩguiſſimã uidi.
Vale.

Virtutes facultates moreſq; Cornelii. .xxii.

Aius Pli. Falconi ſuo. S. Minus minaberis me tam
īſtanter petiſſe: ut ĩ amicũ meũ cõferes tribunatũ : cũ
ſcieris: qs ille: q̃liſq;: poſſum aũt iã tibi & nomẽ indicare : &
ſcribere ipm: poſtq̃ polliceris: Eſt Cornelius minitianus or
namentũ regióis mee: ſeu dignitate: ſeu moribus: natus ſplẽ
dide abunde facultatibus: amat ſtudia: ut ſolẽt paupes: idẽ
rectiſſimus iudex: fortiſſimus aduocatus : amicus fideliſſi
mus accepiſſe te bñficiũ credes cum proprius īſpexeris ho
minẽ: omnibus honoribus: omnibus titulis (uel uolo elati
us de modeſtiſſimo uiro dicere) parem. Vale.

Occurſus fabati tironi: deq; filio Plinii. .xxiii.

Aius Pl. Fabato ſuo. S. Gaudeo qdẽ eſſe te tã fortẽ
ut mediolani occurrer̃ tironi poſſis: ſed ut pſeueres
eẽ tã fortis rogo: ne tibi cõtra rõnem ætatis tm̃ laboris in
iungas: qnimo denũtio ut illũ & domi & ĩtra domũ: atq; in
tra cubiculi limẽ expectes: &. n. cũ a me ut frater diligat̃ nõ

debet ab eo quē ego parentis loco obſeruo exigere officiū quod parenti ſuo remiſiſſet. Vale.

Mors quadratillæ:laudes moreſq; quadrati .xxiiii.

Aius Pl.Geminio ſuo.S.Ralmidia q̄dratilla paulo minus octogeſīo ætatiſ anno deceſſit:uſq; ad ualitudinē nouiſſimam uiridis:atq; ultra matronalē etiā modū cō pacto corpe & robuſto deceſſit:honeſtiſſīo teſtamento reliqt herēdes ex duabus ptibus de ſe nepotē:ex tertia pte neptē:neptē par̄x noui:nepotē familiariſſīe diligo :adoleſcentē ſingularē:nec iis tm̄:quos ſanguīe actigit:inter ppinquos amandū:ac primū cōſpicuus forma:oīs ſermōes malignor̄x & puer & iuuēis euaſit:Intra q̄tū & uiceſimū ætatis annum maritus:& ſi deus annuiſſet pr̄: uixit ī cōtubernio auiæ delicatæ ſeueriſſīe:& tñ obſequētiſſime:habebat illa pantomimos:fouebatq; effuſius q̄ prīcipi fœminæ cōueniret: hos q̄dratus nō in theatro nō in domo ſpectabat:nec illa exigebat:aiebat ip̄a:cū mihi cōmendaret nepotis ſui ſtudia:ſoler̄ ſe ut fœminā ī illo otio ſexus laxar̄ animū luſu calculor̄x ſolere ſpectar̄ pantomimos ſuos:ſed cū factura eſſet alterutr̄x ſemp ſe nepoti ſuo p̄cepiſſe abiret ſtuderetq; quod mihi nō amor̄ eius magis facer̄ q̄ reuerētia uidebat̄ miraberis & ego miratus ſū: pxīs ſacerdotalibus ludis pductis in cōmiſſiōe pantomimis cū ſimul theatro ego & q̄dratus egrederemur ait mihi:ſcis me hodie primū uidiſſe ſaltantē auiæ meæ libertum:hoc nepos :at hercule alieniſſimi hoīes ī honorē q̄dratille(pudet me dixiſſe honorē) p adulatōis officiū ī theatrū curſitabant:exultabant:plaudebāt: mirabant̄:ac deinde ſingulos geſtus dñæ cū canticis reddebant: q nunc exiguiſſīa legata:theatralis ope corollariū accipiēt:ac herēdes q̄ nō expectabat:hæc ſcripſi primū q̄a ſoles ſi q̄d īcidit noui

non īuitus audire: deīde quia iocundū ē mihi quod ceperī gaudiū ſcribēdo retractarī:gaudeo.n.honore defūcte pieta te optimi iuuēīs:letor etiā q domus aliqñ Caii caſſii huius q caſſianæ ſcholæ prīceps & parēs fuit ſeruiet dño nō mino ri:impleuit.n.illam q̄dratus meus & excedit:rurſuſq; & prī ſtinam dignitatē:celebritatē:gloriam reddet:cū tantus ora tor īnde procedet q̄tus iuris ille conſultus. Vale.

Sermo doctiſſimus & ſcientia Terentii iunii .xxv.

Aius Pli.Rufo ſuo.S.O q̄tum eruditoꝝ aut mode ſtia īpſoꝝ:aut quies operit ac ſubtrahit famæ:at noſ eos tm̄ dicturi aliqd aut lecturi timemus:q ſtudia ſua pſe runt:cū illi q tacent:hoc amplius pſtent :q maximū opus ſilentio reuerent expertus ſcribo:Terentius iunior eqſtribus militiis:atq; etiā pcuratōe narbonēſis puintiæ integerrime fūctus:recepit ſe in agros ſuos patiſq; honoribus tranquiliſ ſimū otiū ptulit:hūc ego inuitatus hoſpitio:ut bonū patrē familie:ut diligentē agricolā ītuebar:de iis locuturus :in q bus illū uerſari putabā & ceperā:tū ille me doctiſſio ſermo ne ruocauit ad ſtudia:q̄ terſa oīa tā latina q̄ græca : nā tm̄ utraq; lingua ualet:ut ea magis uideat excellerē:q̄tū maxīe loquit:q̄tū ille legit:q̄tū tenet:athenis uiuer hominē:nō in uilla putes:qd multa auxit ſolitudinē meā: efficitq; ut illis quos doctiſſimos noui:nō miuus hos ſeductos & q̄ſi ruſti cos uerear idē ſuadeo tibi.ſunt.n.ut in caſtris:ſic etiā īn li bris nrīs plures cultu pagano quos cultos & armatos & q dē ardētiſſimo ingenio diligētius ſcrutatus inuenies. Vale.

Infirmorum qualitas eorumq; bonitas. .xxvi.

Aius Plī. Maximo ſuo.S. Nuprime cuiuſdā amici langor admonuit optimos eſſe nos dum infirmi ſu mus.quē.n.infirmū:aut auaritia aut libido ſolicitat non a

moribus ſeruit:nõ appetit honores:opes negligit: & q̃tulũ cunq; ut relicturus ſatis habeat:tum deũ tunc hominẽ eſſe ſe meminit inuidet nemini:neminẽ miratur:neminẽ deſpicit ac ne ſermonibus quidẽ malignis:aut actẽdit aut aliter balnea imaginat̃ & fontes hæc ſũma curaꝝ:ſumma uotoꝝ molleq; in poſteꝝ & pinguẽ ſi contingat euadere: hoc eſt innoxiam deo tanq̃ deſtinat uitam:poſſum ergo quod plurimis uerbis:plurimis etiam uoluminibus philoſophi docere conantur ipſe breuiter tibi mihiq; precipere: ut tales eſſe ſani perſeueremus quales nos futuros profitemur infirmi. Vale.

Miraculum. .xxvii.

Aius Pli.Suræ ſuæ.S.Et mihi dicendi & tibi docendi facultatem otium prebet:igitur per q̃ uelim ſcire eſſe fantaſmata ſeu habere ꝓpriam figurã:numẽq; aliquod putes inane:ſeu uanam ex metu noſtro ymaginem capere. Ego ut eẽ credam in primis eo ducor quod audio accidiſſe Curtio ruſo tenuis adhuc & obſcurus obtinenti africã comes heſerat.Inclinato die ſpatiabatur in porticu: offert̃ ei mulieris figura humana grandior pulchrior:perterrito africam ſe futurorum prenuntiam dixit: & uenturũ Romam: honoreſq; geſturum:atq; etiam cũ ſummo imperio in eandem prouintiam reuerſurum :ibiq; moriturum : facta ſunt omnia:Præterea accedenti carthaginem egredientiq; nauẽ: eadem figura in lictore occurriſſe narratur:ipſe certe implicitus morbo futura preteritis aduerſa ſecundis auguratus: ſpem ſalutis :nullo ſuorum deſperante proiecit . Iam illud nonne & magis terribile & non minus miꝝ ẽ ꝙ exponã ut accepi:erat athenis ſpacioſa et capax domus ſed infamis et peſtilẽs ꝑ ſilentiũ noctis ſonus ferri:et ſi actenderes acrius

ſtrepitus uinculoꝝ lõgius primo:deinde ꝓxĩo reddebatur
Mox apparebat idolon ſenex macie & ſqualore confectus
ꝓmiſſa barba horrẽti capillo cruribus cõpedes manibus ca
thenas gerebat:q̃tiebatq;.Inde ĩhabitantibus triſtes direq;
noctes p̱ metũ uigilabãt̃:uigiliã morbus:& creſcẽte formi
dine mors ſeq̃bat̃.nã interdiu quoq; q̃q̃ abſceſſerat ymago
memoria ymagis oculis ĩherebat.Longiorq; cauſis timoris
timor erat:deſerta ide & dãnata ſolitudine domus:totaq;
illi mõſtro r̃licta ꝓſcribebat̃ tñ ſeu qs emere:ſeu qs condu
cere:ignarus tanti mali uellet:uenit athenas phũs athenedo
rus:legit titulũ:auditoq; p̃cio:q̃a ſuſpecta uilitas percũtatuſ
omia docet̃:ac nihilominus imo tanto magis cõducit:ubi
cepit aduesperaſcer̃ iubet ſterni ſibi ĩ prima domus p̱te po
ſcit pugillares:ſtilũ:lumẽ ſuos oẽs in ĩteriora dimictit:ipſe
ad ſcribendũ aĩmũ:oculos:manũ:intẽdit:ne uacua mẽs au
dita ſimulacra & inanes ſibi metus fingeret.Initioq; q̃le ubi
ſilentiũ noctis:deinde cõcuti ferrũ:uincula moueri:ille non
toller̃ oculos:nõ remicter̃ ſtilũ ſed obfirmare animum:auri
buſq; manũ p̃tendere:cũ crebeſcer̃ frãgor aduẽtare etiã: ut
lumine iã & ĩtra limẽ audiri:r̃ſpicit:uidet agnoſcitq; narra
tã effigiẽ:ſtabat ĩueniebat digito ſimilis uocanti: hic cõtra
ut paulũ expectaret:manu ſignificat. rurſuſq; ceris & ſtilo
incumbit:illa ſcribẽtis capiti cathenis inſonabat:r̃ſpicit rur
ſus iddẽ ꝙ prius innuentẽ:nec moratus tollit lumen & ſe
quit̃:ibat illa lẽto gradu q̃ſi grauis uĩculis poſtq̃ deflexit ĩ
areã domus r̃pẽte delapſa deſerit comitẽ:deſertus herbas &
folia cõcerpta ſignũ loco ponit.poſtero die adit magr̃atus
monet ut illũ locũ effodi iubeãt:ĩueniũt̃ oſſa iſerta catheĩs
& ĩplicita: q̃ corpus æuo terraq; putrefactũ:nuda & exeſa
reliq̃rat uĩculis:collecta publice ſepeliũt̃:domus poſtea rite

cōditis manibus caruit:& hæc quidē affirmantibus credo. Illud affirmare aliis poſſū. Eſt libertus mihi nō illicteratus. M. cū hoc miror frater lecto eodē qeſcebat: is uiſus eſt ſibi cernere quendam ī thoro reſidentē admouētēq; capiti ſuo cultros atq; etiam ex ipſo uertice amputantē capillos: ubi ul luxit: ipſe circa uerticē tōſus capilli iacentes reperiunt̃. Exiguum tēporis mediū & rurſus ſimile aliud priori fidē fecit puer ī pedagogio mixtus pluribus dormiebat: uenerūt per feneſtras (ita narrat̃) tunicis albis duo cubantēq; detonderūt: & q̄ uenerant receſſerūt: hūc quoq; tonſū ſparſoſq; circa capillos dies oñdit. nihil notabile ſecutū: niſi forte ꝙ nō fui reus futurus ſi domitianus ſub quo hoc acciderat diutius uixiſſet: nā in ſcrinio eius datus acer de me libellus īuentus ē ex quo cōiectari poteſt: ut reis moris ē ſūmicter̃ capillū reciſos meoꝝ capillos: depulſi (quod iminebat) periculi ſignū fuiſſe: ꝓinde rogo eruditionē tuā intēdas: digna res eſt quā diu multūq; cōſideres: ne ego qdē idignus: cui copiam ſciētiæ tuæ facias: licet etiā utranq; in partē: ut ſoles diſputes: ex altera tñ fortius ne me ſuſpēſū incertūq; dimictas cum mihi cōſulendi cā fuerit: ut dubitare deſinerem. Vale.

Laus nimia Pli. in amicos pro rephenſiōe. .xxviii.

Aius Pli. Sertitio ſuo. S. Ais quoſdam apud te rephendiſſe: tanq̄ ſi amicos meos ex omī occaſione: ultra modum laudē: agnoſco crimē amplector etiam. Quid enī honeſtius culpa benignitatis q ſunt iſti q amicos meoſ melius norint̃: qd inuidēt mihi fœliciſſimū errorē̃: ut. n. mihi nō ſint tales ut a me ꝑdicent̃: ego tñ beatus ꝙ mihi uidet̃: igitur ad alios hanc ſiniſtrā diligētiam conferant: nec ſunt pauci q carpere amicos ſuos iudiciū uocant: mihi nūq̄ ꝑſuadebunt: ut meos amari a me nimis unq̄ putem. Vale.

Monumentũ palantis decorati p̄toriis ornamẽtis. .xxix.

Aius Pli. Montano ſuo. S. Ridebis: deide indigna-
beris ſi legeris: ꝙ niſi legeris nõ potes credere: ẽ uiã
tiburtina ĩtra primũ lapidẽ (ꝓxime adnotaui) monumẽtũ
palantis ita inſcriptũ: huic ſenatus ob fidem pietatẽq; erga
patronos ornamẽta p̄toria decreuit: & ſextertiũ centies qn
quagies: cuius honore cõtentus fuit: equidẽ nunq̃ ſum mi
ratus q̃ ſæpius a fortuna q̃ iudicio ꝓficiſcerent̃: maxie tñ
hic me titulus admonuit: q̃ eẽnt inimica & inepta q̃ ĩterdũ
ĩn cænũ in has ſordes abiicerent̃: q̇d deniq; ille furcifer &
recipere auſus eſt & recuſare: atq; etiã ut moderatiõis exem
plum poſteris ꝓderet. ſed q̇d indignor: ridere ſatius: ne ſe
magnũ aliquid adeptos putent qui huc fœlicitatis perueni
unt ut rideantur. Vale.

Studium ĩmpeditũ & imitatio demoſthenis. .xxx.

Aius Pli. Genitori ſuo. S. Torqueor ꝙ diſcipulum
(ut ſcribis) optimæ ſpei amiſiſti: cuius & ualitudĩe
& morte ĩpedita ſtudia tua: q̇d neſciã: cũ ſis oĩum officiorũ
obſeruãtiſſimus: cũq; oẽs (quos ꝓbas) effuſiſſĩe diligas: me
huc quoq; urbana negocia pſecunt̃: ſũt. n. q me iudicẽ aut
arbitꝝ faciũt: accedũt q̇relæ ruſticoꝝ: q auribus meis poſt
longũ tp̄s ſuo iure abutunt̃: ĩſtat & neceſſitas agroꝝ locan
doꝝ p q̃ moleſta: adeo raꝝ eſt ĩueĩre ydoneos cõductores
q̇bus ex cauſis p̄cario ſtudeo: ſtudeo tñ. Nã & ſcribo aliq̇d
& lego: ſed cũ lego ex cõpatione ſentio q̃ male ſcribã: licet
tu mihi bonũ aĩmũ facias q libellos meos de ultõe heluidii
orõni demoſthenis cõtra nudiã cõfers: quã ſane cũ cõpone
rẽ illã habui ĩ manibus: nõ ut emularer: ĩprobũ. n. ac pene
furioſũ ſed tñ imitarer & ſeq̇rer: q̄tũ aut diuerſitas ĩgenioꝝ
maximi & minimi aut cauſæ diſſimilitudo pateretur. Vale.

Amor moreſq; Claudii. .xxxi.

Aius Pli. Cornuto ſuo. S. Claudius pollio amari a te cupit dignus hoc ipo q cupit. deide q ipe te dili git: neq;. n. fere quiſq̃ exigit iſtud niſi q facit: uir alioqn re ctus: iteger: pudicus: quietus: ac pene ultra modũ(ſi qs tñ ultra modũ) uerecundus: huc cum ſimul militaremus: non ſolũ ut cõmilito inſpexi: ꝑerat alæ militari: ego iuſſus a le gato conſulari rõnes alaꝝ & cohortiũ excutere: ut magnã quorundã fedamq; auaritiam negligentiam parẽ: ita huiuſ ſũmam ĩtegritatẽ: ſolicitã diligẽtiam inueni. Poſtea promo tus ad ampliſſimas ꝓcuratiões: nulla occaſione corruptus: ab inſito abſtinẽtie amore nunq̃ deflexit: nunq̃ ſecundis re bus intumuit: nunq̃ officioꝝ uarietate cõtinuam laudẽ hu- manitatis ĩfregit: eadẽq; firmitate anĩ laboribus ſuffecit: q̃ nunc otiũ patiẽ: quod quidẽ pauliſp cũ magna ſua laude ĩ termiſit: & poſt a Corelio nr̃o ex liberalitate ĩmpatoris ner ue: emẽdis diuidendiſq; agris autor aſſumptus: &. n. q̃ glo ria dignum eſt: ſummo uiro in tanta eligendi facultate p̃ci pue placuiſſe. Idẽ q̃ reuerenter q̃ fideliter amicos colat mul torum ſupremis iudiciis tum Muſani baſſi grauiſſimi ciuis credere potes cuius memoriam tam gratam grata p̃dicatio ne prorogat & extendit ut librum de uita eius(nam ſtudia quoq; ſicut alias bonas artes ueneratur) ediderit: pulchrum licet & raritate ipſa probandum: cum pleriq; hactenus de- functoꝝ meminerint ut querant hunc hominẽ ac potiſſi- mũ tu(mihi crede) cõplectere: apphende: imo & in uita ac ſic ama tanq̃ gr̃as referas. Neq; eni non obligandus eſt in amoris officio qui prior cepit. Vale.

Manumiſſi plures augmentum patriæ. .xxxii.

Aius Pli. Fabato ꝓſocero ſuo. S. Delector iocundũ

tibi fuiſſe tyronis mei aduentum: ꝙ uero ſcribis oblata oc caſione proconſulis :plurios manumiſſos unice letor. Cu pio.n.patriã oibus qdẽ rebus augeri maxĩe tñ ciuiũ nume ro:id.n.oppidis firmiſſimũ ornamentũ:illud etiam me nõ ut ambitioſum ſed tñ iuuat quod adiicis: me quoqꝫ grãrũ actione ut laude celebratum:eſt.n.xenophon ait : ſed laus utiqꝫ ſi te mereri putes. Vale.

Hyſtoriis inſerendus Pli.taciti. .xxxiii.

Aius Plin.Tacito ſuo.S.Auguror nec me fallit au gurium hyſtorias tuas ĩmortales futuras : quo magis illis(ĩgenuæ fatebor)ĩſeri cupio: nã ſi eẽ nobis ſolet curæ: ut facies nr̃a ab optĩo quoqꝫ artifice exprimat̃ :nõne debe mus optar̃ ut opibus ſimilis tui ſcriptor:ꝑdicatorqꝫ contin gat:demõſtro ergo:q̃q̃ diligẽtiam tuã fuger̃ nõ poſſum:in publicis actis:demõſtro tñ quo magis credas iocũdũ mihi futuꝝ:ſi factũ meũ(cuius grã ꝑiculo cedit)tuo ĩgenio: tuo teſtimonio ꝓbet̃ dederat me ſenatus cũ herẽnio ſenetione aduocato ꝓuītiæ beticæ cõtra bebiũ maſſam dãnato maſſa cẽſuerat:ut bona eius publice cuſtodiret̃: Senetio cũ explo raſſet cõſules poſtulatõibus uacaturos:cõuenit me:& ſi qua cõcordia ĩqt ĩuictam nobis accuſationẽ executi ſumus:hac adeamus cõſules:petamuſqꝫ ne bona diſſipari ſinant q̃ eſſe ĩ cuſtodia debẽt:reſpõdi cũ ſimus aduocati a ſenatu dati di ſpice nũ pactas putes ꝑtes nr̃as:ſenatus cognitõe finita .& ille tu quẽ noles tibi terminũ ſtatues:cui nulla cũ ꝓuītia ne ceſſitudo niſi ex beneficio tuo & hoc recenti :ĩpe & natus ibi . & quæſtor in ea fui:tum ego ſi fixum tibi iſtud ac de liberatum: ſequar te: ut ſi qua ex hoc inuidia non tua tan tum uenimus ad conſules : dicit Senetio quæ res ferebat ; aliqua ſubiungo uix dum cõticueramus & maſſa quæſtus

ſenectionē nō aduocati fidē ſed inimicam amaritudinē im
pleſſe ípietatis reū poſtulat:horror omniū. Ego aūt uereor
inq̄ clariſſimi cōſules:ne mihi maſſa ſilentio ſuo p̄uaricatio
nē obiecerit:ꝙ nō me reum poſtulauit q̄ uox eſt ſtatim ex
cepta & poſtea multo ſermone celebrata eſt . Diuus q̄dem
Nerua iam priuatus tūc actendebat his grauiſſimis litteris
nō mihi ſolum ueꝝ etiam ſæculo eſt gratulatus cui exēplū:
(ſic.n.ſcripſit)ſimile antiquis contigiſſet:hæc utcūq; ſe ha-
bent:notiora:clariora:maiora tu facies q̄ qui nō exigo :ut
excedat acte rei modū:nec hiſtoria debet egredi ueritatē &
honeſte factis ueritas ſufficit. Vale.

Caii Pli.iunioris epiſtolaꝝ liber octauus.

Editio libroꝝ morte p̄uenti placere. .i.

Aius Pl.Maxio ſuo.S.Sæpe te monui ut libros
quos uel pro te uel in platerā : imo & pro te &
in illū(ita.n.materia cogebat)cōpoſuiſti :q̄ ma
turiſſime emicteres:quod nūc p̄cipue morte eius audita:&
hortor & moneo:q̄uis.n.legeris:multis legendoſq; dederis
nolo tn̄ queq̄ opinari defuncto demū inchoatos:quos ico
lumi eo p̄egiſti:ſalua ſit tibi cōſtantia:erit aūt:ſi notū equis
iniquiſq; fuerit nō poteſt inimici mortē ſcribendi tibi na-
tam eſſe fidutiam:ſed iam paratā edictionē morte preuen-
tam:ſimul uitabis illud:nō licita ī mortuos: nā quod de ui
uēte ſcriptū eſt:in defunctū quoq; tanq̄ uiuentē adhuc edit᷑
ſtatī igit᷑ ſi quod aliud ī manibus differ: iterī hoc perfice:
quod nobis(q legimus)oli abſolutū uidet᷑ :ſed iam uideat᷑
& tibi cuius cūctationē nec res ip̄a deſiderat & tp̄is rō p̄ci
dit.Vale. Excuſatio breuiū lr̄aꝝ:lauſq; Tullii .ii.

Aius Pli.Sabino ſuo. S.Facis iocunde ꝙ non ſolū
plurias epiſtolas meas ueꝝ etiā lōgiſſimas flagitas:

in qbus partior fui: partī propter tuas occupationes: partī quia ipſe multū diſtringebar plerūq; frigidis negociis: quæ plerūq; & auocant animū & cōminuunt: ꝑterea nec materiā plura ſcribēdi dabatur: neq;.n.eadē noſtra conditio: q̄.M. Tullii ad cuius exemplū uocas: illi.n.& copioſiſſimū īgenium & ingenio uarietas reꝝ magnitudoq; largiſſie ſuppetebat: nos q̄ anguſtis termīs claudamur: etiam tacēte me perſpicis: niſi forte uolumus ſcholaſticas tibi atq; ut ita dicam umbraticas lr̄as mictere ſed nihil minus aptum arbitramur cū arma ueſtra: cū caſtra: deniq; cornua: tubas: ſudorē: puluerē ſoles cogitamus. Habes ut puto iuſtā excuſationem quam tn̄ dubito an tibi probari uelim: eſt.n.ſūmi amoris negare ueniam breuibus epiſtolis amicorū q̄uis ſcias illis conſtare rōnem. Vale.

Otium litterarum ludis ꝑtermiſſis. .iii.

Aius Plī. Caluiſio ſuo. S. Omne hoc tēpus inter pugillares āc libellos iocūdiſſima quiete rranſmiſi: quēadmodū inq̄s in urbe potuiſti. Circēſes erant quo genere ſpectaculi ne leuiſſime q̄dem teneor: nihil nouū uel uarium nihil quod non ſemel ſpectaſſe ſufficiat: quo magis miror tot milia uiroꝝ tam pueriliter: idētidem currentis equos inſiſtētis curribus hoīes uidere: ſi tn̄ uelocitate equorum aut hominū arte traherent̄ eſſet rō nōnulla nunc fauent panno pannū amant: & ſi in ipſo curſu nō mediocre certamen: hic color: illuc ille huc transferat̄: ſtudiū fauorq; tranſiuit: & repēte agitatores illos quos ꝑcul noſcitant: quoꝝ clamitant noīa: relinquēt: tanta gr̄a: tanta autoritas in una uiliſſīa tunica: micto apud uulgus: quod uilius tunica. Sed apud quoſdā graues hoīes: quos ego cū recordor in re inani: frigida: aſſidua: tā īſaciabiliter deſider̄: capio aliquā uoluptatē

ꝙ hac uoluptate non capiar: ac per hos dies libẽtiſſime oti um meum in litteris colloco: quos alii otioſiſſimis occupa tionibus perdunt. Vale.

Deſcriptio duarum uillarum Plinii. .iiii.

Aius Pli. Romano ſuo. S. Edificare te ſcribis: bene eſt: inueni patrociniũ: ædifico enĩ iam ratione quia tecũ hoc quoq; nõ diſſimile quod ad mare tu ego ad lariũ lacum: huius in litore plures meæ uillæ: ſed duæ ut maxime delectant: ita exercent altera impoſita ſaxis ĩ ore baiano lacum proſpicit altera quoq; in ore baiano lacũ tangit itaq; illam tragædiam: hanc appellare comediã ſoleo: illã ꝙ qua ſi coturnis: hanc ꝙ quaſi ſoccis ſuſtinet᷑: ſua utriq; amæni tas: & utranq; poſſidẽti ipſa diuerſitate iocundior: hæc lacu propius: illa latius utit᷑: hæc illũ ſinum unũ molli curuamĩe amplectit᷑: illa e ditiſſimo dorſo duos dirimit: hic recta ge ſtatio lõgo limite ſup litus extendit᷑: illic ſpatioſiſſio xiſto leuiter inflectitur: illa fluctus nõ ſentit: hæc frangit: ex illa poſſis deſpicere piſcantis: ex hac ipe piſcari: hamũq; e cubi culo ac pene etiã lectulo ut e nauicula iacere: hæ mihi cauſæ utriq; quæ deſunt aſtruendi: ob ea quæ ſupſunt ſed qd ego rõnem tibi? apud quem pro rõne erit idem facere. Vale.

Conſolatio mortui eiuſq; laudes. .v.

Aius Pli. Coloni ſuo. Sal. Vnice probo ꝙ Pompeii qntiani morte tã dolẽter afficeris: ut amiſſi caritatẽ deſiderio extendas: nõ ut pleriq; qui tm̃ uiuentis amãt: ſeu potius amare ſe ſimilant: at ne ſimulant quidẽ niſi ꝙ florẽ tis uident: nã miſeroꝝ nõ ſecus ac defunctoꝝ obliuiſcunt᷑. Eſt tibi pennis fides tantaq; in amore cõſtantia: ut finiri ni ſi tua morte nõ poſſit: & hercule is fuit quintianus quẽ di ligi deceat ipſius exemplo: fœlices amabat: miſeros tuebat᷑

deſiderabat amiſſos.Iam illi q̃ta probitas in ore:quanta in
ſermone cunctatio:quã pari libra grauitas:comitaſq;:quod
iudicium:quod ſtudium litterarum :qua pietate cũ diſſimi
limo parente uiuebat:cum nõ obſtabat illi:quo minus uir
optimus uideret̃:ꝙ erat optimus filius.Sed quid dolorem
tuũ exulcero:q̃q̃ ſic amaſti iuuenẽ:ut hoc potius q̃ de illo ſi
leri uelis a me ꝑſertim cuius prædicatione putas uitã eius
ornari:memoriam prorogari :ipſamq; illam : qua raptus:
ætatem poſſe reſtitui. Vale.

Reprehenſio patris filium acerbius tractantis. :vi:

Aius Pli.Iuniori ſuo.S.Caſtigabat quidã filiũ ſuũ:
ꝙ paulo ſumptuoſius equos & canes emerit :huic
ego:iuuene digreſſo:heus tu nunq̃ ne feciſti:ꝙ a patre cor
ripi poſſet? feciſti dico : non interdũ facis quod filius tuus
ſi repente pater ille:tu filius pari grauitate reꝑhendat:Non
oẽs hoĩes aliquo errore ducunt̃ non hic in illo ſibi:in hoc
alius indulget:hæc tibi admonitus ĩmodice ſeueritatis exẽ
plo amoris mutui ſcripſi:ne quando tu quoq; filium tuum
durius acerbiuſq; tractares: cogita & illum puerum eſſe :&
te fuiſſe:atq; ita hoc ꝙ es pater utere : ut memineris te ho-
minem eſſe : & hominis patrem. Vale.

Coena ingrata propter ſcurras cynedos & moriones :vii:

Aius Plin.Genitori ſuo.S.Recepi lr̃as tuas quibus
quereris tedio tibi fuiſſe q̃uis lautiſſimã coenã:quia
ſcurre cynedi moriones mẽſis inerrabant. Vis tu remictere
aliquid ex rugis:ſiquidẽ nihil tale habeo:habentes tñ fero
cur ergo nõ habeo? quia nequaq̃ me ut inexpectatũ feſtinũ
ue delectat:ſi quid molle a cynedo:petulans a ſcurra:ſtultũ
amor ione profertur: non rationem ſed ſtomachũ tibi nar
ro:atq; adeo q̃ multos putas eſſe:quos eque ea:quibus ego

& tu capimur & ducimur:partim ut inepta partim ut moleſtiſſima offendant:q̃ multi cum lector aut lyriſtes: aut comœdus inductus eſt:calceos poſcunt: aut non minore cum tedio cubant:q̃ tu iſta(ſi.n.appellas)ꝓdigia ꝑpeſſus es:demus igit̃ alienis oblectationibus ueniam:ut noſtris impetremus. Vale.

Preces pro liberto qui & dominum errauerat: .viii.

Aius.Pli.Sabiniano ſuo.S.Libertus tuus cui ſuccẽſere te dixeras. Venit ad me aduolutuſq; pedibus meis tanq̃ tuis heſit:fleuit multũ:rogauit multum:& tacuit in ſumma fecit mihi fidẽ pœnitentiæ ueræ credo emẽdatũ qa deliqſſe ſe ſentit:iraſceris ſcio & iraſceris merito:idq; ſcio ſed tũc quoq; ꝑcipua mãſuetudis laus:cui iræ cauſæ iuſtiſſimæ ſunt:amaſti hominem & ſpero amabis. Interi ſufficit ut exorari te ſinas:licebit rurſus iraſci ſi meruerit: ꝙ exoratus excuſatius fames:remicte aliquid adoleſcentiæ ipſius: remicte lacrimis:remicte indulgentiæ:ne torſeris illũ etiam te torquens:cum tam lenis iraſceris:uereor ne uidear nõ rogare ſed cogere:ſi ipſe precibus eius meas iunxero:iungam tamen tanto plenius & effuſius:quanto ipſum acrius ſeueriuſq; corripui:diſtricte minatus nunq̃ me poſtea rogaturũ hoc illi:quem terreri oportebit tibi non iddem:nam fortaſſe iterum rogabo:iterum impetrabo:ſit modo tale ut rogare me:te id præſtare deceat. Vale.

Receptio liberti magiſtram: .ix.

Aius Pli.Sabiniano ſuo.S.Bene feciſti ꝙ libertum aliqñ tibi carum reducentibus epiſtolis meis in domum in animũ recepiſti.Iuuabit hoc te me certe iuuat: primum ꝙ te tam tractabilem uideo:ut in ira regi poſſis:deinde ꝙ tantũ mihi tribuis : ut uel autoritati meæ pareas :uel

p̄cibus indulgeas:igit̃ & laudo & g̃ras ago: ſimul ĩ poſte rũ moneo ut te erroribus tuorũ & ſi nõ fuerit qui nõ deprecetur placabilem præſtes. Vale.

Verſus Pli. oblectatio mamiliani. .x.

Aius Pli. Mamiliano ſuo. S. Quereris de turba Caſtrenſiũ negociorũ: & tanq̃ ſũmo otio pfruare: luſus & ĩeptias nr̃as legis: amas: flagitas: meq; ad ſimilia condẽda nõ mediocriter ĩcitas. Incipio ex hoc genere ſtudiorũ nõ ſolũ oblectationẽ uerũ etiã gloriã petere: poſt iudiciũ tuũ uirĩ eruditiſſimi grauiſſĩ ac ſup iſta ueriſſimi nũc me rerũ actus modice: ſed tñ diſtingũt: q̃bus finitis aliq̃d earũdẽ camenarũ in iſtũ benigniſſimũ ſinũ mictã: tu paſſerculis & colũbulis nr̃is ĩter aquilas ueſtras dabis pennas: ſi tñ & tibi placebunt: ſi tm̃ ſibi continendos cauea nido ue curabis. Vale.

Libertas noſi. .xi.

Aius Pl. Gemino ſuo. S. Laudas mihi & frequẽter p̄ſens & nũc p epiſtolas noſum tuũ q̃ ſit liberalis: ĩ quoſdã laudo: ſed nõ in ſolos: uolo. n. eũ q̃ ĩcit tribuere patriæ: ꝓpinquis affinibus amicis: ſed tñ iis dico pauperibus nõ ut iſti ſi q̃ iis potiſſimũ donant q̃ donare maxime poſſunt: hos ego uiſcatis hamatiſq; muneribus: nõ ſua ꝓmere puto ſed aliena corripeř: ſunt ĩgenio ſimilimi q̃ q̃ huic donant: auferũt illi: famãq; liberalitatis auaritia petunt: primũ eſt aũt ſuo eẽ contentũ. Deĩde quos p̄cipue ſcias ĩdigere ſuſtentantẽ fouentẽq; orbe quodã ſocialitatis ambire: q̃ cuncta ſi facit iſte uſq;quaq; laudandus ẽ: ſi unũ aliq̃d minus q̃dẽ laudandus tñ: tam paruũ eſt etiam ĩperfectæ liberalitatis exemplar ea inuaſit hoĩes habendi cupido: ut poſſideri magis q̃ poſſidere uideantur. Vale.

Liber ſardi ſcriptus in honorẽ Plinii. .xii.

Aius Pl.Sardo ſuo.S.Poſtq̄ a te receſſi non minus tecū q̄ cū apud te fui:legi.n.libꝝ tuū:identidē repe-tens:ea maxīe(nō.n.mētiar)q̄ de me ſcripſiſti:in qbus qdē ꝑcopioſus fuiſti:q̄ multa:q̄ uarie:q̄ non eadē de eodē uiro tn̄ diuerſa dixiſti: laudē pariter & gr̄as agam᷑ neutrū ſatis poſſum :& ſi poſſem timerē ne arrogans eēt ob ea laudare te:ob q̄ gr̄as agerē:unū illud addam:oīa mihi tanto lauda-biliora uiſa:q̄to iucundiora q̄to laudabiliora erant : Vale.

Otioſos & delicatos reprehendit. .xiii.

Aius.Pli.Ticiano ſuo.S. Quid agis᷑ q̄d acturus es uitam iucundiſſimā.i.otioſiſſimam uiuo:quo fit ut ſcribere lōgiores epiſtolas nolim:uelim legere illud tanq̄ de licatus:hoc tanq̄ otioſus . Nihil eſt.n.aut pigrius delicatis aut curioſius otioſis. Vale.

Immortalitas quæ. .xiiii.

Aius Pli.Paulino ſuo. S.Alius aliū ego beatiſſimū exiſtimo q̄ bonæ manſuræq; famæ pſumptiōe per fruit᷑:certuſq; poſteritatis cū futura gloria uiuit: ac nihil ni ſi primū æternitatis an̄ oculos:pingue illud altūq; otiū pla ceat:&.n.oēs hoīes arbitror oportere:aut īmortalitatē ſuā aut mortalitatē cogitare:& illos quidē cōtendere eniti : & hos qeſcere nō remictī: nec breuē uitam caducis laboribus fatigare:ut uideo multos miſera ſimul & ingrata ymagine īduſtriæ ad utilitatē ſui ꝑuenire:hæc ago:tanq̄ q̄ cotidie me cū:& deſinā mecū ſi diſſenties q̄q̄ nō diſſenties:ut qui ſempꝑ clarū aliquid & īmortale mediteris. Vale.

Oratio magna p partes diuiſa uideat᷑ breuis: .xv.

Aius Pli.Macrino ſuo.S.Vereor ne īmodicā orati onē putares:quam cū hac epiſtola accipies: niſi eēt generis eius:ut ſæpe deſinere uideat᷑: nā ſingulis crimibus

ſingulæ uelut cauſæ cõtinent̃:poteris ergo ut ceperis: ubi-
cũq; deſieris:q̃ deinceps ſequent̃:& q̃ſi incipiẽtia leger̃ & q̃ſi
coherẽtia:neq; ĩ uniuerſitate lõgiſſimũ breuiſſimũ in ꝑtibuſ
iudicare. Vale. Iuſtitiæ modus. .xvi.

Aius Pl. Tironi ſuo. S. Egregie facis (inq̃ro .n. & ꝑ-
ſeuero) ꝙ iuſtitiã tuã ꝓuintialibus multa hũanitate
cõmendas:cuius p̃cipua pars ẽ honeſtiſſimũ quẽq; cõplecti
atq; ita a mĩoribus amari:ut ſimul a principibus diligare:
pleriq;.n.dũ uerent̃:ut gr̃æ potentũ ĩpartire uideant̃:ſini-
ſteritatis atq; etiã malignitatis famam cõſequũtur:a quo ui
cio tu lõge receſſiſti ſcio:ſed tẽperare mihi nõ poſſum: quo
minus laudẽ:ſimilis momẽti:ꝙ eũ modũ tenes: ut diſcrimi
na ordinũ dignitatũq; cuſtodias : q̃ ſi confuſa & permixta
ſunt:nihil eſt æqualitate ipſa inequalius. Vale.

Laus reciproca. .xvii.

Aius Pl. Auguri ſuo. S. Si laudatus a te laudare te
cepero:uereor ne nõ tã p̃ferre iudiciũ meũ q̃ referre
gr̃am:uidear:ſed licet uidear:oĩa ſcripta tua pulcherrĩa exi
ſtimo:maxĩe tñ illa de nobis:accidit hoc:una eademq; de
cauſa : nam & tu q̃ de amicis optime ſcribis:& ego de me
(ut puto) optime lego. Vale.

Sciẽtiæ tñ incũbendũ:q̃uis p̃cipiant etiam dianæ. .xviii.

Aius Pl. Tacito ſuo. S. Cupio p̃ceptis tuis parere:
ſed aprorꝫ tanta penuria ut minerue & diane (quas
aĩs ꝑiter colẽdas) cõuenire non poſſit:itaq; minerue tñ ſer
uiendũ ẽ:delicate tñ:ut ĩ ſeceſſu & ĩ æſtate:in uia plane nõ
nulla leuiora:ſtatĩq; delenda :garrulitate (q̃ ſermones nihil
offendunt̃) extẽdi:his q̃dam addidi in uilla cũ aliud nõ li
beret:itaq; poemata q̃eſcunt:q̃ tu inter nemora & lucos co
modiſſime ꝑfici putas:oratiunculã unam:alteram r̃tractaui

q̃q̃ eſt genus operis & inamabile & inamenũ: magiſq; labo ribus ruris q̃ uoluptatibus ſimile. Vale.

Scribendum quod libris inſeratur: operaq; quæ Pli. uenditantur. .xix:

Aius Pl. Geminio ſuo. S. Epiſtolã tuam iocundiſſie recepi: eo maxie ꝗ aliqd ad te ſcribi uolebas: ꝗ libris iſeri poſſet: obueiet mea uel hæc ipa: quã monſtras: uel potior alia: ſunt. n. offendicula nonnulla: circũfer oculos & occurrẽt. Byblíopulas lugdunii eẽ nõ putabã: ac tanto libẽ tius ex lr̃is tuis cognoui uẽditari libellos meos: q peregre maneẽ gr̃am q̃ in urbe collegerit delector: icipio. n. ſatis ab ſolutũ exiſtimare: de quo tanta diuerſitate regionũ diſcr̃ta hominũ iudicia nõ diſſentiunt. Vale.

Liber ultionis heluidii. .xx.

Aius. Pl. Quadrato ſuo. S. Quanto ſtudioſius intẽ tiuſq; legiſti libros (quos de heluidii ultõe cõpoſui) tanto ipenſius poſtulas: ut pſcribã tibi q̃q; extra libros q̃q; circa libros totũ deniq; ordinẽ rei: cui p ætatẽ nõ iterfuiſti. Occiſo domitiano ſtatui mecũ addeliberaui eẽ magnã pul chrãq; materiã iſectãdi nocẽtes: miſeros uidicandi: ſe pferẽ di: porro iter multa ſcelera multoꝝ nullũ atrotius uidebat̃ q̃ ꝗ in ſenatu: ſenator ſenatori: ꝑtorius cõſulari: reo iudex manus itulíſſet: fuerat alioqn mihi cũ heluidio amicitia tan ta q̃ta potuerat eẽ cũ eo: q metu tẽpoꝝ nomẽ igẽs: pareſq; uirtutes ſeceſſu regebat: fuerat cũ arria & fannia: q̃ꝝ altera heluidio nouerca: altera mr̃ nouercæ: ſed ita me iura priua ta ut publicũ fas: & idignitas facti: & exẽpli rõ incitabat: ac primis qdẽ diebus reddite libertatis p ſe qſq; iimicos ſuos dũtaxat minores: incõdito turbidoq; clamor̃ poſtulauerat ſimul & oppſſerat: ego & modeſtius & cõſtãtius arbitratus

ſum ĩmaniſſimũ reũ nõ cõmuni tẽpoꝝ inuidia ſed proprio
crimĩe urgere:cũ iam ſatis ille primus ĩpetus deferbuiſſet &
languidior ĩdies ira ad iuſtitiam rediiſſet : q̄q̄ tũ maxĩe tri
ſtis amiſſa nuꝑ uxore micto ad anniã(nupta hæc heluidio
fuerat)rogo ut ueniat:qa me recens adhuc luctus limĩe cõ
tineret ut uenit:deſtinatũ eſt inq̄ mihi:maritũ tuũ nõ inul
tum pati nuncia arriæ & fanniæ ab exilio redibant cõſule
te:cõſule illas an uelitis ut aſcribant facto:ĩ quo ego comi-
te nõ egeo:ſed non tã gloriæ meæ fauerim ut uobis ſocie-
tatis ius inuideã.Perfert annia mandata:nec ille morant̃.
Oportune ſenatus intra dĩẽ tertiũ.oĩa ſemꝑ ego ad Core-
liũ retuli:quẽ ꝓuidentiſſimũ ætatis noſtræ ſapientiſſimũq;
cognoui:ĩ hoc tñ contẽtus cõſilio meo fui: ueritus ne ueta
ret:erat.n.cũctatior cautiorq; ſed nõ ſuſtinui inducere ĩ ani
mũ quo minus illi eadẽ die factuꝝ me q̄ indicare añ facerẽ
non deliberabã:exꝑtus ſum:de eo quod deſtinaueris non
eẽ conſulendos:q̄bus conſultis obſequi debes:uenio in ſe-
natũ:ius dicẽdi peto : dico pauliſꝑ maxĩo aſſenſu:ubi cepi
crimẽ actingere:reũ deſtinare adhuc tñ ſine nomĩe:undiq;
mihi r̃clamari:alius ſciamus q̄ ſit de quo extra ordinẽ refe-
ras:alius q̄s eſt añ relationẽ reus alius ſalui ſimus : q̄ ſupſu
mus.Audio imꝑturbatus:ĩterritus:tm̃ ſuſcepte rei hõeſtas
ualet:tm̃q; ad fiduciã uel metũ differt:nolit hoĩes ꝙ facias
quod nõ ꝓbent:longũ eſt oĩa(q̄ tũc hinc inde iacta ſũt)re
cẽſere:nouiſſĩe cõſul ſecũde ſentẽtiæ loco:dic ſi q̄d uolueris
ꝑmiſeris inq̄ quod uſq; adhuc oĩbus ꝑmiſiſti r̃ſideo:agunt̃
alia.Interĩ me q̄dam ex cõſularibus amicis:ſecreto accurato
q; ſermone:q̄ſi nimis fortiter incauteq; ꝓgreſſũ: corripit re
uocat:monet ut deſiſtã.adiicit etiã notabilẽ te futuris prin
cipibus feciſti:eſto inq̄ dum malis uix illi diſceſſerat:rurſus

alter:quid audes? quo ruis? quibus te periculis obiicis? q̄d p̄ſentibus confidis? Incertus futurorū? laceſſis hominē iam præfectum erarii:& breui conſulem:præterea qua gratia:q̄ bus amicitiis fultū? nominat quendam qui tum ad orientē ampliſſimum exercitum non ſine magnis dubiiſq; ſermoni bus optinebat.ad hæc ego omnia præcepi:atq; animo me cum ante peregi:nec recuſo ſi ita caſus actulerit:luere penaſ ob honeſtiſſimum factum : dum flagicioſiſſimū ulciſcar:iā cēſendi tempus.dicit domitius apollinaris conſul deſigna tus:dicit fabritius uegento fabius poſtumius:uectiuus pro culus collega publicii certi de quo agebatur: uxoris autem meæ quam amiſerā uictricus :poſt hos annius flaccus: om nes certe nōdum a me nominatum defendunt: crimēq; q̄ſi medio relictum defenſione ſuſcipiunt : quæ præterea dixe rint non eſt neceſſe narrare:in libris habes: ſum enim cun cta ipſorum uerbis perſecutus.Dicunt contra Auidius qui etus.Cornutus tertullius. Iniquiſſimū eſſe quærelas dolen tium excludi:ideoq; arriæ & fanniæ ius q̄rendi nō auferen dū:nec īntereſſe:cuius ordinis quis ſit:ſed quam cauſam ha beat.Cornutum datum ſe a cōſulibus tutorē heluidii filiæ petētibus matre eius & uictrico:nūc quoq; nō ſuſtinere de ſerer̄ ſui officii p̄tes:in quo tñ̄ & ſuo dolori modū īponere & optimaꝝ fœminaꝝ p̄ferre modeſtiſſimū affectū:q̄ cōtēp tas eē:admoner̄ ſenatū publicii certi cruēte adulatōis: & pe tere ſi pena flagicii manifeſtiſſimi remictat̄:nota certe qua ſi cenſoria inuratur : dum ſatrius rufus medio ambiguoq; ſermone:puto inquit iniuriam factam publicio certo:ſi nō abſoluit̄ .accuſatus ē ab amicis arriæ & fanniæ:noīatus ab amicis ſuis nec debemus ſoliciti eſſe:idē.n.& nos :q bñ̄ ſen timus de hoīe iudicaturi ſumus:ſi innocēs ē(ſicut & ſpero

& malo. & donec aliquid ꝓbetur credo)poteris abſoluere. hoc illi quo qſq; ordine citabant᷑:uenit᷑ ad me conſurgo: utor initio:ꝙ in libro ē:rñdeo ſingulis:mirũ qua intentõe qbus clamoribus oĩa exceperit:qui mõ reclamabant:tanta cõuerſio uel negocii dignitatẽ:uel ꝓuentũ orõnis: uel acto ris cõſtantiã ſubſecuta ẽ:finio:ĩcepit reſpõder̃ ueiento:nẽo patit᷑:obturbat᷑:obſtrepit᷑:adeo qdẽ ut diceret rogo.p.c. ne me cogatis ĩplorar̃ auxiliũ tribunoꝝ & ſtatĩ murena tri bunus:pmicto tibi ut ueiẽto dicere:tũ quoq; reclamat᷑.iter moras cõſul citatis noĩbus & pacta diſſentõe:micit ſenatũ ac pene adhuc ſtantẽ:tẽptantẽq; dicer̃ ueientonẽ reliqt:mul tũ ille de hac(ita uocabat)cõtumelia q̃ſtus ẽ homerico uer ſu. O ſenex iuuenes te ꝑlio domant. Nõ fere qſq̃ in ſenatu fuit:qui me nõ amplecteret᷑:exoſcularetur : certatĩq; laude cumularet:ꝙ intermiſſũ tam diu morẽ in publicũ cõſulẽdi ſuſceptis ꝓpriis ſimultatibus reduxiſſẽ:ꝙ deniq; ſenatũ in uidia liberaſſẽ:q̃ flagrabat apud ordines alios : ꝙ ſeuerus ĩ cæteris ſenatoribus ſolis diſſimulatõe q̃ſi mutua parceret. hæc acta ſunt abſente certo : fuit.n. ſiue tale aliqd ſuſpica tus:ſiue ut excuſabatur infirmus:& relationi quidem de eo cæſar affuit. Obtinui tñ quod intẽderam. Nam collega cer ti cõſulatũ ſucceſſorẽ certus accepit planeq; factũ eſt ꝙ dixe ram in fine:reddat ꝑmiũ ſub optimo principe ꝙ a peximo accepit poſtea actionẽ meã:utcunq; potui recollegi:addidi multa:accidit fortuitũ ſed nõ tanq̃ fortuitũ:ꝙ editis libris Certus intra pauciſſimos dies implicitus morbo deceſſit: audiui referẽtes hanc ymaginẽ mẽti eius: hãc oculis ineſſe: tanq̃ uideret heluidium:reſpondẽt mihi: uera ne hæc affir mar̃ nõ auſim:intereſt tñ exẽpli ut uera uideant᷑ habeſ epi ſtolã ſi mõ epiſtloã cogitas:libris quos legiſti: nõ minorẽ

Sed imputabis tibi qui cõtentus libris non fuiſti. Vale.

Scripta Plinii pro tacito. .xxi.

Aius Plin. Tacito ſuo .Sal. Nec ipſe tibi plaudis & ego nihil magis ex fide q̃ de te ſcribo poſteris: an aliq̃ cura nr̃i neſcio: nos certe meremur ut ſit aliq̃: nõ dico ingenio (idẽ.n. ſupbie) ſed ſtudio ſed labore: ſed reuerentia poſteroꝝ: pergamus modo itinere inſtituto: qꝑ ut paucos in lucem fama puexit: ita multos & tenebris & ſiletia ꝓterit Vale.

Otii cauſa ꝓfectio Pli. In tuſcos. .xxii.

